quod falsum est quia sic suffra
gia ecclesie pro defunctis facta
superflua essent ¶ 3° contra est
quod hec 2 machabeorum vlt. hic
est qui multum orat pro populo
et pro universa sancta civitate
Jeremias propheta dei. et quod eius
oro sit exaudita patet ex hoc
quod sequitur quod extendit Jeremias
dexteram et dedit iude gladium
dicens accipe gladium sanctum
a deo etc. ¶ Pr° Jeronimus in epistola
contra vigilancium dicit in li
bello tuo quod dum vivimus mu
tuo pro nobis orare possumus
postea quam mortui fuerimus dicens sic
si apostoli et martires adhuc in cor
pore constituti possunt orare
pro mortuis ceteris cum pro se adhuc
debent esse solliciti quanto magis
post coronas victorias et tri
umphos ¶ 2° ad hoc est consue
tudo ecclesie que frequenter petit
ut sanctorum orationibus adiuvetur
¶ Respondeo dicendum quod sancti duo dicuntur orare
pro nobis uno modo oratione expressa
dum votis suis aures divine
clemencie pro nobis pulsant. Alio
modo oratione interpretativa scilicet per
eorum merita que in conspectu eius
existencia non solum eis ce
dunt ad gloriam sed sunt nobis
et suffragia orones quedam
sicut et sanguis christi pro nobis dicitur
veniam petere. utroque autem
modo sanctorum orones sunt quantum
est in ipsis efficaces ad impe
trandum quod petunt sed ex parte
mea potest esse defectus quod non
consequatur fructum oronum
ipsorum sed quod pro nobis orare
dicuntur ex hoc quod merita eorum
nobis proficiunt sed sancti quod orant
pro nobis votis suis aliquid nobis
postulando semper exaudiuntur
quia non volunt nisi quod deus vult
nec petunt nisi quod deus vult fieri
et quod autem deus simpliciter vult semper im
pletur nisi loquamur de volun
tate antecedente sed qua vult
omnes homines salvos fieri
quod non semper impletur. Unde
nec est mirum si quod sancti
volunt per hunc modum vo
luntatis nichil non impletur
¶ Ad 1 ergo dicendum quod illa oro
sanctorum merita non est aliud quam
eorum desiderium de obtinenda
stola corporis et societate sanctorum
qui salvandi sunt et consenciunt
quo consenciunt divine iusticie
puniendi malos. Unde augustinus
cum. Super. illud ipsi quo dicit

ie dicit glo desiderant gaudiu
maius et consortium sanctorum
et iustitie dei consenciunt ¶ Ad
.3. dicendum quod dominus loquitur i.
de moyse et samuele secundum statum
quo fuerunt in hac vita ipsi
enim leguntur pro populo orantes
ire dei restitisse ut in Glosa ha-
betur et tamen si in illo tempore fu-
issent non potuissent orationibus de-
um placare ad parcendum
illius malitiam propter populi
scelera multitudinem et hec est illius
ista pugna bonorum ¶ Ad .3. dicendum quod
locum non intelligitur quod hec quod
apud deum contendat oracione
fuderit sed quia contraria merita
quodam diversis partibus ad divinum
examen referebant divinam
sententiam expectantes et hec est
quod Gregorius .xvii. moral' ex-
ponens predicta verba dan'
dicit sublimes spiritus gentibus prin-
cipaliter nequaquam pro iniuste
agentibus decertant sed eorum
facta recte iudicantes exami-
nant cuiusque civis vel cuiusque gen-
tis vel culpa vel iustitia ad
superne curie consilium ducitur
eiusdem gentis prepositus vel ob-
tinuisse in certamine vel non
obtinuisse perhibetur. quorum
tamen omnium una victoria est
super se. opificis voluntas sum-
ma. quam dum semper aspiciunt
quod obtinere non valent nunquam
quam volunt nec petunt
et quo est patet quod orationes eorum
semper exaudiuntur ¶ Ad .4.
dicendum quod licet sancti non sint in sta-
tu merendi sibi proprium sunt
in patria sunt tamen in statu
merendi aliis vel potius ex
merito precedenti alios iuvandi
hoc est apud deum commendantes
meruerunt ut orationes eorum
exaudirentur post mortem vel
dicendum quod oratio qua aliquis meretur quod
aliquis impetrat meritum non
consistit in quadam adequatione
actus ad finem propter quod est quod
ei quasi merces reddi sed oratio-
nis impetratio innititur
liberalitati eius qui rogatur
impetrat enim aliquis quandoque
ex liberalitate illius quod rogatur
quod ipse non meruit et ita quamvis
sancti non sint in statu merendi
tamen non sequitur quod non sint
in statu impetrandi ¶ Ad
.5. dicendum quod sancti exaudite omnia
indiuncta patet sancti vel angeli vo-
lunt enim quod indiuncta divina
voluntate consentiunt et
ita est nichil aliud petunt
nec tamen oratio eorum est
infructuosa quod est sicut dicit
Aug' in libro de predesti-
natione sanctorum orationes sanctorum impre-
destinatis prosunt quia forte
preordinatum est ut intercedentibus
orationibus salventur et
ita est deus vult ut orationibus
sanctorum impleantur illud quod sancti
vident eum velle ¶ Ad .vj.
dicendum quod suffragia ecclesie pro de-
functis sunt quasi quedam
satisfactiones viventium vi-
ce mortuorum et secundum hoc non
tenet. a pena absolvit quam non
solverunt. sed sancti qui sunt in
patria non sunt in statu
satisfaciendi et ideo non

et ſimile de eorum oracionibus et eorum ſuffragiis

q. 73 Deinde conſiderandum de ſignis que iudicium precedunt circa quod queruntur tria. Primo utrum adventum domini ad iudicium aliqua ſigna precedant / Secundo utrum ſecundum veritatem ſol et luna obſcurari tunc debeant / Tertio utrum virtutes celorum domino adveniente moveantur

Ad primum ſic proceditur videtur quod adventum domini ad iudicium non precedant aliqua ſigna / quia primo theſſa. v°. Cum enim dixerint pax et ſecuritas. ſed non eſſet pax et ſecuritas ſi homines per ſigna precedencia terrerentur ergo ſigna non precedent illum adventum. Preterea ſigna ad manifeſtacionem aliquid requiruntur. ſed adventus eius debet eſſe occultus / unde et primo theſſa. v°. Dies domini ſicut fur in nocte veniet ergo ſigna non debent ipſum precedere. Preterea tempus primi adventus fuit precognitum a prophetis / quod non eſt de ſecundo adventu. ſed primum adventum xpi non preceſſerunt aliqua ſigna huiuſmodi ergo nec ſecundum precedent. Sed contra eſt quod dicitur luc xxi. Erunt ſigna in ſole et luna et ſtellis. Preterea ieronimus ponit xv. ſigna precedencia iudicium dicens quod prima die maria omnia exaltabuntur xv. cubitis ſuper montes / Secundo omnia equora proſternentur in profundum quod vix videri poterunt. Tertio redigentur in ſtatum antiquum. Quarto belue omnes et alia que moventur in aquis congregabuntur et clamabunt capita ſuper pelagus more contencionis invicem mugientes. Quinto omnia volatilia celi congregabuntur in campis invicem plorantes non guſtantes aliquid nec bibentes / Sexto flumina ignea ſurgent contra firmamentum ab occaſu ſolis uſque ad ortum concurrencia / Septimo omnia ſidera errancia et fixa. ex ſe ſpargent igneas comas ſicut comete / Octavo erit magnus terre motus ut omnia animalia proſternantur. Nono. Omnes plante ſanguineum dabunt rorem. Decimo. Omnes lapides magni et parvi dividentur in iiii partes / unaquaque aliam collidente. Undecimo. Omnes colles et montes et edificia in pulverem redigentur. Duodecimo omnia animalia venient in campos de ſilvis et montibus rugiencia et nichil guſtancia. Tredecimo omnia ſepulchra ab ortu ſolis uſque ad occaſum ſolis patebunt cadaveribus ad reſurgendum / Quartodecimo. Omnes homines de habitaculis recedent non intelligentes neque loquentes neque diſcernentes / Quintodecimo omnes morientur et reſurgent cum mortuis longe ante defunctis. Ad primum ergo dicendum quod hoc / ad inducendum veniens

in forma gloriosa apparebit pp
autem que iudici debet // ad digni
tatem autem iudiciarie potestatis
pertinet hec aliqua iudicia que
ad reverentiam et subiectionem
inducant et ideo adventum christi
ad iudicium precedentis multa
signa precedent ut corda hominum
in subiectionem venturi iudicis
adducantur et ad iudicium
preparentur huiusmodi signis
premoniti quot autem sint ista signa
de facili sciri non potest signa enim
que in evangeliis leguntur
ut augustinus dicit Ad epistolam de fine
mundi non solum pertinet ad adven
tum christi ad iudicium sed etiam ad
tempus destructionis ierusalem et
adventum quo christus continue
ecclesiam suam visitat ita quod
forte si diligenter advertatur
nullum eorum invenitur
ad futurum adventum pertinere
ut ipse dicit quod signa que in
evangeliis leguntur sicut pugne
et terrores et huiusmodi a principio
humani generis fuerunt nisi
forte dicatur quod tunc temporis
magis invalescent sed secundum quam
mensuram crescentia venturum ad
ventum denuntient incertum
est / signa vero que ieronimus
ponit non asserit sed in annalibus
libris hebreorum se ea scripta
reperisse dicit quod etiam valde pa
rum verisimilitudinis habent ¶ Ad primum
ergo dicendum quod secundum augustinum in libro
ad esichium circa finem mundi
erit pressura universalis ma
lorum contra bonos unde scilicet
aliqui timebunt scilicet boni et
alii securi erunt scilicet mali quod
autem dicitur cum dixerint pax
et securitas etc. ¶ Ad malos
referendum est qui signa futuri
iudicii parum pensabant
ad bonos vero pertinet quod dicitur luce
xxi / arescentibus hominibus etc.
Vel potest dici quod omnia illa
que circa iudicium erunt infra
tempus iudicii computantur
ut dies iudicii omnia illa
contineat / Unde quamvis hiis
signis apparentibus circa diem
iudicii homines terreantur an
tequam signa illa apparere inci
piant in pace et securitate
impii se esse credent post mor
tem autem non statim indi
cantes consummari ut post exti
mabant ¶ Ad secundum dicendum quod dies
domini dicitur sic fur venire
quia ignoratur determinatum
tempus quod per signa illa cognosci
non potest quamvis etiam sub die iu
dicii comprehendi possunt omnia
illa manifestissima que immediate
precedunt ut dictum est ¶ Ad 3
dicendum quod in primo adventu christus
venit occultus quamvis determi
natum tempus esset prius pre
cognitum a prophetis et ideo
non oportebat huiusmodi signa
in primo adventu apparere sicut
apparebunt in secundo adventu
in quo manifeste veniet
quamvis determinatum tempus sit
occultum

Ad 2 sic proceditur videtur quod circa
iudicium sol et luna obscurentur quia ut dicit
rabanus sicut ait michael philosophus

intelligere tunc temporis operatio
solem et lunam cum sideribus
celi suo lumine privari quod
de sole constat factum esse tempore
dominice passionis ¶ Ad lux
corporum celestium ad generationem
inferiorum corporum or-
dinatur quia per eam influunt
celestia inferiora et non solum
per motum ut dicit averrois
sed per lumen ut dictum est
in libro de substantia orbis
sed tunc generatio cessabit ergo
etc. lux in corporibus celesti-
bus remanebit. ¶ Ad inferiora
corpora purgabuntur in quibusdam
a qualitatibus quibus agunt ergo
etc. celeste non solum agit
per motum sed per lumen ut dictum
est ergo si motus celi cessabit
ita et lumen corporum celes-
tium ¶ Contra communis est quod secundum as-
trologos sol et luna simul
eclipsim pati non possunt
sed vera obscuratio solis et lune
simul esse dicitur domino ad
iudicium veniente ergo non
erit obscuratio secundum rei veritatem
per modum eclipsis naturalis ¶ Ad
non congruit dicitur esse causam
conforte aliquem ei et augmentum
sed veniente domino lux lu-
minarium augenda erit.
Unde ysa. xxx. Erit lux
lune sicut lux solis et lux
solis septempliciter ergo non est conve-
niens quod veniente domino
lux illorum corporum cessabit
¶ Respondeo dicendum quod si loquamur de
sole et luna quantum ad tempus
veniente adventus christi sic non
est credendum quod obscurentur suo lu-
minis privatione quia totus mundus
innovabitur christo veniente et sanctis
resurgentibus ut dictum est. Si
autem loquamur de eis secundum tempus
precedens ante iudicium sic
esse potest quod sol et luna et alia
celi luminaria suo luminis
privatione obscurabuntur vel di-
versis temporibus vel simul divina
virtute faciente ad hominum ter-
rorem ¶ Ad 1 ergo dicendum quod
rabanus loquitur quantum ad
tempus iudicium precedens ¶ Ad
2 dicendum quod lux est in corporibus
celestibus non solum ad causa-
ndum generationem in istis inferiori-
bus sed etiam ad corporis perfectionem et de-
corem. Unde non sequitur quod cessan-
te generatione lux corporum
celestium cessabit sed magis auge-
bitur ¶ Ad 3 dicendum quod non
videtur esse probabile quod qualitates
elementares ab elementis remove-
antur quamvis quidam hoc posuerint
sed tamen remanent non est
simile de eis et de luce eo quod
qualitates elementares habent ad
invicem elementa contrarietatem.
Unde agunt corrumpendo
lux autem non est principium
actionis per viam contrarietatis
sed per viam principii regulantis
contraria et ad concordiam re-
ducentis. Nec est de simile
de motu corporum celestium.
Motus enim est actus imperfecti.
Unde et tolli debet quando tolletur
imperfectio quod de luce non potest di-
ci.

Ad 3 sic proceditur videtur quod
virtutes celorum dico

venuente no commoueant v-
tutes celorum dum no possunt
quest angeli bti . s immutabi
litas ei d' rone btitudinis ergo
moui non poterunt ¶ Ad 3
admiracionis causa e ignora
cia utz in p'o me'e s sic
ab angelis longe abest timor
ira et ignorancia qr ut dicit
Greg' Quid e qd non vident
qui videntem omnia vident
ergo non poterunt p admira
cionem moueri ut in lra dicit
¶ Ad 4 omnes angeli diuino
iudicio astabunt Unde Apoc
vij . Omnes angli stabunt i
circuitu throni s virtutes no
minant comunit spualez ordine
in angelis ergo no ponit dm
d' eis potuit nec debuit qr
moueantur qz d' alys anglis
¶ Ad 5 con e qd dr Job xxvj
Columpne celi pauet aduentu
eius s columpne celi no pos
sunt intelligi n virtutes
celorum commouebunt ¶ Ad as
xxiiij . dr q stelle cadent de
celo Et virtutes in angelis
celorum mouebuntur ¶ Ad 6o
dd' qr virtutes in angelis di
cuntur dupliciter utz p dyo-
nisium et ca. ce lra . Utrumqz enim
nomen virtutum vni ordi
ni assignatur q s . ipsum ipsi e
medium medie lre . s m vo
gregorium e supprimus in sua
lra . Nomo accipitur p
omnibus celestibus spiritibus et
utroqz pt accipi in proposito in
lra enim exponitur put
accipitur pmo p omnibus an
et tunc dicit moui ppr admi

racionem nouitatis q in mundo
erit sic in lra dr pt eciam
q poni put virtutes est
pprium nomen ordinis et tunc
ordo ille dr moueri p alys
rone effectus qr illi ordini
s m qz attribuuntur mira
cula facere q maxime er
d tempus fient vel qr or
do ille eius sit d media lera
s m dio et no hz ponere lim
itaram . Unde oz qr eius mi
nisterium sit con causas v
niusales Unde pprium offi
cium virtutum ee dr celestia
corpora mouere que sunt
causa eorum q in natura
inferiori aguntur et hc eciam
ipsum nomen sonat qr virtu
tes celorum dicuntur ergo
mouebuntur qr ab effectu
suo cessabunt sicut corpora
celestia no mouentur sicut
nec angeli qui sunt ad custo
diam hominum deputati sicut
custodie officio no vacabunt
¶ Ad 7 ergo dd' qr mutacio
illa non causat aliquid qd
ad eorum statum ptineat s
refertur uel ad effectus eorum
q commutari possunt sine
eorum mutacione uel ad no
nam rerum consideracionem qs
prius s spes contrectatas vi
de no poterant hanc aut
muissitudinem cogitacionum ab
eis btitudo non tollet qr deus
mouet creaturam spualem
p tpa ¶ Ad 8 dd' qr ad
mirari solz ee d' hijs que
nram cognicionem excedunt
vel facultatem et s hc virtutes
celorum admirabuntur di

minam virtute talia facietes
inquantum ab eius unitate
et comprehensione deficiunt per
quem modum dicit beata ag
nes quod eius pulchritudinem sol
et luna mirantur sed non potest
in angelis ignorantia quia tollitur
per comprehensionem. Ad 3m patet
ex praedicto dicto.

xl

Deinde considerandum est
de igne ultime confla
grationis mundi. Et circa quod que
runtur 10. Primo utrum
aliqua mundi purgatio sit fu
tura. 2o utrum praecedens sit
futura. 3o utrum ille ignis
sit eiusdem speciei cum igne elementari.
4o utrum ignis sit celos su
periores purgaturus. 5o utrum
ille ignis sit alia elementa con
sumpturus. 6o utrum omnia
elementa sit purgaturus. 7o
utrum ille ignis praecedat iudi
cium vel sequatur. 8o utrum
per illum ignem consumendi
sint homines. 9o utrum per eum
involvendi sint reprobi.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod nulla
mundi purgatio sit fu
tura. Non enim purgatione
indiget nisi quod est immundum. Sed
creature dei non sunt immunde.
Unde dicitur Act. 10: quod deus munda
vit ut tu commune ne dixe
ris id est immundum. Ergo creature
mundi non purgabuntur. Praeterea pur
gatio secundum divinam iustitiam or
dinatur ad auferendam immunditiam
culpe sicut patet de purgatione post
mortem. Sed in elementis huius
mundi nulla potest esse culpe in
fectio. Ergo videtur quod purgatione
non indigeant. Praeterea unumquodque dicitur
purgari cum separatur quod est contra
nentum ab ipso inducens in eo
ignobilitatem separatio enim eius quod
nobilitatem inducit non dicitur pur
gatio sed magis diminutio. Sed hoc
ad perfectionem et nobilitatem elementorum
pertinet quod aliquid contrarie nature
est per eis admixtum quia forma cor
poris mixti est nobilior quam forma
simplicis. Ergo videtur quod elementa huius
mundi nullo modo convenienter
purgari possunt. Sed contra omnis
innovatio sit per aliquam pur
gationem. Sed elementa innovabuntur
unde apocalypsis 21: vidi celum
novum et terram novam; primum enim ce
lum et prima terra abiit. Ergo e
lementa purgabuntur. Praeterea super
1 ad Cor. 7: Preterit
figura huius mundi dicit glossa:
pulchritudo huius mundi munda
norum ignium conflagratione
peribit. Et sic idem quod prius. Respondeo dicendum
quod quia mundus propter hominem ali
quo modo factus est oportet quod cum homo
per corpus glorificabitur, et alia mundi
corpora ad meliorem statum mu
tentur ut sit locus convenientior
et aspectus delectabilior. Ad hoc autem
quod homo gloriam corporis con
sequatur oportet prius removeri ea
que glorie opponuntur. Que sunt
duo scilicet corruptio et infectio cul
pe quia ut dicitur 1 Cor. 15 cor
ruptio incorruptelam non pos
sidebit et a civitate glorie
omnes immundi foris erunt
apocalypsis ultimo. Et similiter etiam
oportet elementa mundi purgari
a contrariis dispositionibus antequam in
novitate glorie adducantur

proportionaliter ei quod de homine
dictum est quamvis aut res corpo
ralis subiectum infectionis vel
pene proprie esse non possit. tamen
ex culpa quedam incongruitas
in rebus corruptis relinquitur.
et hoc quod spiritualibus deserviuntur et
cum videmus quod loca in quibus
aliqua crimina sunt commissa
non reputantur ydonea ad aliqua
sacra exercenda in eis nisi quedam
purgatione premissa et secundum hoc
ex peccatis hominum quandam
ydoneitatem ad glorie susceptionem
pars mundi recipit quae in usum
eorum cedit et inquantum ad hoc
emundatione indiget similiter
etiam et medium locorum propter eo
rum contractum multe sunt
corruptiones et generationes et
alterationes elementorum que puri
tati eorum derogant et ideo
ab hiis oportet elementa purgari
ad hoc quod decenter suscipiant no
vitatem glorie ¶ Ad .1. ergo
dicendum quod cum dicitur omnis creatura
dei esse munda hoc intelligendum
est quod non habet in substantia sua
aliquam malitie commixtionem sicut
ponebant manichei dicentes
et malum et bonum esse duas
substantias alicubi divisas et
alicubi commixtas non autem per
hoc removetur quin aliqua creatura
habeat permixtionem nature extranee
que etiam in se natura bona est sed
perfectioni huius creature repugnat
similiter non removetur etiam per hoc quin
malum alicui creature accidat
quamvis non sit permixtum ei
quasi pars substantie ipsius ¶ Ad .2. dicendum
quod quamvis elementa corporea

subiectum culpe esse non possint
tamen ex culpa commissa in
eis aliquam ineptitudinem con
trahunt ad perfectionem glorie sus
cipiendam ¶ Ad .3. dicendum quod
forma mixti et forma eleme
nti possunt dupliciter conside
rari. aut quantum ad perfectionem
speciei et sic corpus commixtum
nobilius est aut quantum
ad perpetuitatem durationis et sic
corpus simplex nobilius est quia non
habet in se ipso unde corrum
patur nisi ei corruptio fiat
ab aliquo extrinseco corpus autem
mixtum in se ipso habet causam
corruptionis sue scilicet compositionem
contrariorum et ideo corpus simplex
et si sit corruptibile secundum partes
est tamen incorruptibile secundum
totum quod de mixto dici non potest
et quia incorruptio est de perfectione
glorie perfectio in corporis simplicis
convenit perfectioni glorie quam
perfectio corporis mixti nisi etiam corpus
mixtum in se habeat aliquod
incorruptionis principium sicut
humanum corpus cuius forma est
incorruptibilis nihilominus
tamen quamvis aliquo modo corpus
mixtum sit nobilius quam simplex
habet nobilius tamen esse corpus
simplex secundum se existens quam ex
istens in mixto quia in mix
to sunt corpora simplicia
quodammodo in potentia in seipsis autem
existentia sunt in ultima
sui perfectione.

Tertio queritur ad .2. sic proceditur videtur quod hec
purgatio non sit fu
tura per ignem quia cum
ignis sit pars mundi
purgatione indiget sicut alie partes
ergo non debet esse idem purgans

z purgatio ergo videtur quod ignis non
purgabit ¶ Praeterea sicut ignis habet
virtutem purgativam ita et
aqua cum ergo omnia non
sint purgabilia per ignem sed
quaedam sint quaedam aqua purgari
possunt et [illegible] hoc distinguit
videtur quod ignis solus purget ad
minus vel ¶ Praeterea purgatio ad
hoc videtur pertinere ut partes mundi
segregatae puriores reddantur
sed segregatio primum mundi
elementorum in mundi initio
sola virtute divina facta
est quia per hoc opus distinctionis
determinatur / Unde et anaxa
goras segregationem posuit per
actum intellectus moventis omnia
ergo videtur quod in fine mundi
purgatio fiat immediate a
deo et non per ignem ¶ Sed
contra est quod in psalmo dicitur ignis
in conspectu eius ardebit et
in circuitu eius tempestas valida et
postea sequitur de iudicio advo
cabit caelum desursum et terram
discernere populum suum ergo videtur
quod ultima purgatio mundi
sit futura per ignem ¶ Praeterea
2 petri 3 caeli ardentes
solventur et elementa et
elementa ignis ardore tabe
scent ergo illa purgatio per
ignem fiet ¶ Respondeo dicendum quod
illa mundi purgatio per ig
nem fiet removebit a mundo
infectionem quae culpa relicta est
et in puritatem commixtionis
eius et erit dispositio ad gloriae
perfectionem / et ideo quantum ad
haec tria convenientissime

fiet per ignem purgatio primo
quia ignis cum sit nobilissimum
elementorum habet naturales proprietates
similiores proprietatibus gloriae ut
maxime patet de luce Secundo quia
ignis non recipit commixtionem
extranei propter efficaciam virtutis
activae sicut alia elementa Tertio
quia sphaera ignis est remota a nostra
habitatione nec ita communis est nobis
usus ignis sicut terrae aquae et
aeris ¶ Unde non ita inficitur
et propter hoc habet magnam efficaciam
ad purgandum et ad sub
tiliandum subtiliando ¶ Ad primum ergo
dicendum quod ignis non venit in
usum nostrum prout est in materia
propria sic enim remotus est a nobis sed
solum prout est in materia aliena
et ideo quantum ad hoc potest
purgare mundum per ignem
in sua puritate existentem quamvis
non ad hoc quod habet de commixtione ad
invicem potest purgari et
diversis rationibus dicitur erit purgans
et purgatum quod non est incon
veniens ¶ Ad 2 dicendum quod
purgatio mundi quae facta est
per diluvium non respiciebat nisi
inferiorem partem corporis autem hic
regnabat pravitas concupiscentiae et
ideo convenienter per contrarium pur
gatio facta fuit scilicet per aquam
sed secunda purgatio respicit etiam
inferiorem culpae et commixtionis
impuritatem et quantum ad utrumque
convenit magis quod fiat per ignem quam
aqua non non habet virtutem disgre
gandi sed magis congregandi
unde per aquam naturalis impuri
tas elementorum tolli non
posset sicut per ignem similiter est et [illegible]

mundi equabit circium tepidita
tis . q. ciuo̾ iam senescente
q̃ ut dicit Aug. xxviij. tunc
refrigescet caritas multorum
Unde tunc conuenient p igne
purgacio fiet nec aliquid q̃d
igne purgari nō possit aliquo
modo s̃ quedam q̃ sunt sine cor
ruptione p igne nō possunt
purgari sicut palea et vasa
lignea et huiusmodi et talia
hec proprie purgari p aquam
q̃ tunc finalit̃ omnia cor
rumpent et purgabuntur p
ignem ¶ Ad .3. dicendum q̃ p oppo
sitionem sunt ibi diuerse
forme collate q̃ adinuicem
distinguuntur et ideo hec fieri
nō potuit n̄ p eum q̃ est
actor nature . S̃ p finalem p̃
gacionem reducet res ad puritatem
in q̃ condite fuerunt et ideo
in hoc potest natura creata et
habere ministerium creatori et
ideo hoc ministerium creature
committit̃ q̃ hoc ad eius no
bilitatem redit

Ad .3. sic proceditur vr̃ q̃ ille
ignis non sit eiusdem
speciei cum igne elementari . u̾
.n. se ipsum consumit s̃ ille
ignis quatuor elementa con
sumet ut dicit glo. 2 petri
vlt . ergo ignis ille nō erit
eiusdem speciei cum igne elementari
¶ Pr̄. sic virtus manifestatur
p operacionem ita natura eius p vir
tutem . s̃ ille ignis habebit
aliam virtutem ab igne qui
est elementum q̃ .s. purgabit
vniuersum q̃d ignis iste facere
non potest ergo non erit eiusdem spe
ciei cum isto ¶ Pr̄. ea que sunt
eiusdem speciei in corporalibus qualibus
habent eundem motum s̃ ille ignis
habebit alium motum quam
ignis elementaris q̃ circumquaque
mouebitur ut totum purgare
possit ergo non erit eiusdem
speciei ¶ Sed contra est q̃ Aug. dicit
xx . de ciui . dei et habetur in glo.
i. cor. vij. q̃ figura huius
mundi mundanorum ignium
conflagratione peribit ergo ignis
ille erit de natura ignis qui
nunc est in hoc mundo ¶ Pr̄.
sicut erit purgacio futura p
ignem ita precedens fuit p
aquam et vtraque adinuicem
comparatur .i. pet. 3o. s̃ in
prima purgacione fuit aqua
eiusdem speciei cum aqua elementari
ergo similiter erit in secunda purga
cione ignis eiusdem speciei cum
igne elementari ¶ Respondeo dicendum
q̃ circa hoc inueniuntur 3es o
piniones quidam .n. dicunt
q̃ elementum q̃d est in spe
ra descendit ad purgacionem
mundi ¶ Modum autem descen
sionis ponunt p multiplicacionem
ignis .n. appositis combustibilibus
vndique augmentatur et hoc
proprie tunc fiet qñ virtus
ignis exaltabitur sup omnia
alia elementa ¶ Sed contra
hoc esse vr̃ q̃ ignis ille non
tantum descendet s̃ etiam a sanctis
ascendere p hibetur vt 2 .ij. pet.
3o. vbi dicit q̃ tantum ascendet in
dicij ignis quantum aque dilu
uij . propterea videtur q̃ ille ignis
sit sicut locum medium genera
tionis et ideo hoc Alij dicunt

q̄ ignis ille generabi. et. Locum
medium ex congregatione ra-
diorum celestium corporum
sicut videmus quod congregantur
in speculo comburente tunc
aut loco speculorum erunt
nubes concave ad quas fiat
radiorum reuerberatio. Sed hoc non
videtur conveniens quia cum ef-
fectus corporum celestium se-
quentur determinatos situs
et aspectus eorum si ex virtu-
te corporum celestium ignis
ille generaretur notum tempus illius
purgationis esset considerantibus
motibus astrorum quod autem
scripture repugnat. Et
ideo alii dicunt sequentes aug.
quod sicut inundatarum aquarum
inundatione factum est diluui-
um inundatorum ignium
conflagratione figura huius
mundi peribit ut dicitur pos-
t. et ci. de. Ista autem conflagratio
nichil aliud est quam congregatio
omnium causarum inferiorum et
superiorum que ex natura sua
habent virtutem igniendi
que quidem congregatio non natura-
li cursu rerum sed virtute
divina fiet et ex omnibus istis
causis sic congregatis generabitur
ignis qui faciem huius mundi
comburet. Si autem opiniones
hec directe considerentur in-
venientur differentia quantum
ad quem causam generationis
illius ignis. Et non quantum
ad speciem eius. ignis enim genera-
tus a sole vel ab inferiori ca-
lefaciente est eiusdem speciei cum
igne qui est in sua spera enim
inquantum admiscetur ei de materia
aliena quod quidem tunc oportebit
quod ignis non potest aliquid pur-
gare enim. Sed quod aliquid
alterum efficiatur materia eius ali-
quo modo. Unde simpliciter concedendum
est quod ignis ille erit eiusdem spe-
ciei cum isto. Ad. 1. ergo dicendum quod
ignis ille quamvis sit eiusdem spe-
ciei cum igne qui apud nos est
non tamen est idem numero. Videmus
autem quod duorum ignium eius-
dem speciei unus alterum destruit
maior scilicet minorem consumendo
materiam eius. Et similiter et
iste ignis ignem qui apud nos est
consumere poterit. Ad 2. dicendum quod
sicut operatio que procedit a virtute
alicuius est virtutis indicium ita
et virtus eius est indicium essentie
vel nature que procedit a principiis
essentialibus alicuius operatio autem que pro-
cedit ex virtute alicuius operantis non
indicat virtutem ipsius sicut
patet in instrumentis actio enim in-
strumenti magis manifestat vir-
tutem moventis quam instrumenti
virtutem agentis manifestat
ut primum operationis principium. virtute
autem instrumenti non manifestat
nisi quatenus est susceptivum influ-
entie principalis agentis. Sed quod
movetur ab eo. Similiter etiam
virtus que non procedit ex principiis
essentialibus alicuius non manifestant
naturam eius nisi inquantum
ad susceptibilitatem sicut virtus qua
aqua calefacta potest calefacere non
manifestat naturam eius nisi
inquantum ad calefactibilitatem
et ideo nichil prohibet quin aqua
habens hanc virtutem sit

eiusdem spere cum aqua non habere contra-
rietatem istam similiter non est inconve-
niens quod ignis ille qui habebit
dominium purgandi faciem mundi
sit eiusdem spere cum igne qui
est apud nos cum nec calefactiva
non oriatur in ipso ex prin-
cipiis essentialibus sed ex divina
virtute vel operatione sive dicatur
quod illa virtus sit aliqua qualitas
absoluta sicut in aqua calefacta
calor sive sit intensio quedam
sicut de instrumentali virtute
in primo dis. dictum est. Et ac-
probabilius est quod ignis ille non
aget nisi ut instrumentum divine
virtutis ¶ Ad .3. dicendum quod ille
ignis in propria materia non fertur
nisi sursum sed inquantum in-
sequitur iustitiam quam re-
quirit quod impios sperans et
ystens sic sequitur materie com-
bustibilis situm. Et per modum
istum non est inconveniens quod
vel circumdatum vel in deorsum
moveatur. Et precipue si quod agit
ut instrumentum divine vir-
tutis

Ad .4. sic proceditur Videtur quod ignis
ille purgabit etiam ce-
los superiores quod in ps. dicitur
Opera manuum tuarum sunt
celi ipsi peribunt tu autem per-
manes. sed ergo superiores celi sunt
opera manuum dei ergo et ipsi
in finali mundi conflagratione
peribunt ¶ Preterea .2. petri .3. dicitur
celi ardentes solventur. Et elementa
ignis ardore tabescent celi autem
qui ab elementis distinguuntur
sunt celi superiores quibus fixa
sunt sidera ergo videtur quod ille per

ignem illum purgabuntur ¶ Preterea
ignis ille ad hoc erit ut re-
moveat a corporibus indispositionem
ad perfectionem glorie. sed in celo
superiori invenitur indispositio
Et ex parte culpe quia dyabolus
ibi peccavit Et ex parte naturalis
defectus quia Ro. viij. super illud
scimus quod omnis creatura in-
gemiscit et parturit usque ad-
huc dicit glo. omnia elementa
cum labore complent officia
sua sicut sol et luna non sine
labore statuta complent spa-
cia ergo purgabuntur per ignem
illum ¶ Sed contra est quod corpora
celestia peregrine impressionis
receptiva non sunt ¶ Preterea ad
illud .2. thess. .1. in flamma
ignis dantis vindictam dicit
glo. ignis erit in mundo
qui precedet eum tantum spacium
aeris occupans quantum occu-
pavit aqua in diluvio sed aqua
diluvii non ascendit usque ad
superiores celos sed solum xv
cubitis super altitudinem montium
ut habetur gen. vij. ergo celi su-
periores illo igne non purga-
buntur ¶ Respondeo dicendum quod purgatio
mundi ad hoc erit ut re-
moveantur a corporibus indispositiones
contra perfectionem glorie que quidem
perfectio est ultima rerum consu-
matio. Et hec quidem indispositio
in omnibus corporibus invenitur
sed diversimode in diversis in quibus-
dam .n. invenitur indispositio
sed aliquid inherens substantie eorum
sicut in istis corporibus inferioribus
que per mutua corruptionem decidunt

a prima puritate In quibusdam
vero corporibus invenitur in disposi
cione non per aliquid sibi corpore
inherens set incorporibus cele-
stibus in quibus nichil invenitur
repugnans ultime perfectioni
eorum nisi motus qui est via
ad perfectionem nec motus quilibet
set localis tantum qui non variat
aliquid quod sit intrinsecum rei
ut substanciam aut quantitatem
aut qualitatem set solum locum
qui est extra rem Et ideo a sub
celi superioris non oportet quod aliquid
removeatur set oportet quod motus
eius quiete quietatio autem
motus localis non fit per actionem
alicuius contrarii agentis set per hoc
quod motor desistit a movendo
Et ideo celestia corpora nec per
ignem nec per aliquam creaturam
laborem purgabuntur set ipsa
eorum quietatio sola volun
tate divina accidens eis loco
purgacionis erit ¶ Ad 1 ergo
dicendum quod sicut Augustinus dicit 20
de civitate dei Ista verba predicti sunt
intelligenda de celis aereis
qui purgabuntur per ignem
ultime conflagrationis / vel
dicendum quod si etiam de superioribus celis
intelligatur tunc dicuntur perire
quantum ad motum quo
nunc continue moventur ¶ Ad
2 dicendum quod petrus se exponit
de quibus celis intelligat Pre
miserat enim ante verba
inducta quod celi prius erant
per aquam pierant qui tunc
sunt eodem verbo repositi igni
reservati in diem iudicii Ergo
illi celi per ignem purgabuntur
qui prius per aquam diluvii sunt
purgati scilicet celi aerei ¶ Ad
3 dicendum quod ille labor et illa servitus
creature que corporibus celestibus
secundum ambrosium attribuitur nichil
est aliud quam vicissitudo motus
ratione cuius tempori subiciuntur Et
defectus ultime consumationis
quam finaliter in eis erit et culpa
demonum celum empireum
infectionem non contraxit quia statim
peccando celo expulsi sunt

Ad 5 sic proceditur / videtur quod ignis
ille alia elementa con
sumet quia ut dicit glosa
bede 2 petri Ista elementa
quatuor quibus mundus consistit
ignis maiorimus consumet sed
[illegible] cetera consumendo nec
non fient set duo ex toto consu
met Duo vero in meliore re
stituet faciem Ergo videtur quod adminus
duo elementa per ignem illum destruen
da sunt totaliter ¶ Preterea Apoc.
21 primum celum et prima terra
abiit et mare iam non est set
per celum aer intelligitur ut Augustinus
dicit mare autem aquarum
congregatio Ergo videtur quod alia tria
elementa totaliter destruentur
¶ Preterea ignis non purgat nisi secundum
hoc quod alia efficiuntur in eius
sed ergo ignis purgat alia elementa
oportet quod eiusdem nature efficiantur Ergo
oportet quod in naturam ignis transeat
et a natura sua corrumpentur
¶ Preterea forma ignis est nobilis
sima formarum ad quam
perduci possit elementaris ma
teria set per illam purgationem omnia in
nobilissimum statum perducentur
vel mutabuntur Ergo alia elementa
in ignem totaliter convertetur ¶ Set
contra est quod dicitur 1 corinthios 7 Preterit
enim figura mundi huius

pulcritudo non sbã pterijt s
ipa sbstancia elemetorũ p3
ad pfecto3 mundi qo elementa
non consumunt s3 s3 suam sb
stanciam q illa finalis pur
gacio que fiet p ignem re
spondebit prime purgacioni
q facta e p aquam s3 illa
non corrumpit elementor3
sbãm ergo nec illa q fiet p
ignem corrumpet q Respo
ddo q cir hanc questio3 est
dupl opinio quidam n dicunt
q omnia elementa pmanebunt
quantum ad sbam omnia aut
mutabuntur quantum ad imp
fecto3 s3 duo eorum retinebunt
ppriam formam substancialem
s aer et tra in duob9 vo s
in igne et aqua non remane
bit forma substancialis eor3
s3 mutabunt ad formam celi
Et tria elementa s ignis aer
et aq celum dicent3 q3uis aer
retineat formam sbalem ea
dem quam nunc h3 qua tñ
e celum dr Unde e apoc
xxi non fit mencio n de
celo et tra Vidi inquit ce
lum nouum et tram nouam
s3 h opinio s3 hec opinio est
omnino absurda repugnat
n phie s3 q poni non pt
q corpã infiora sint in
poten ad formã celi cum n
mã h3eant commune nec con
trietates ad inuicem Et e theo
re s3 hanc poicio3 non salua
bi pfecto vniu9 cum integ
tate suarum ptium duob9
elemetis sublatis Unde h p
h q dr celum intelligitur
Verum corpus omnia vo eleme

ta intelligunt ptrãm sic
Cum ps laudate dnm d tra
Et sequitur ignis grando
nix glacies etc Ideo
alij dicunt q omnia elem
ta manebunt s3 sbãm
s3 qualitates actiue et pas
siue ab eis remouebunt
sic e ponit q in corpore
mixto elementa saluant
s3 suas formas sbales sine
h9 q ppas qualitates ha
beant cum sint in medium
reducte et medium neutru
eor3 e et hinc e vide
consonare qd Aug9 dicit
xx d ci d illa conflagrõe
mundana elementorum corrup
tibilium qualitates q cor
poribus nris congruebant
ardendo penitus intibunt
atq ipa sbã eas qualitates
habebit que corporibus im
mortalibus mira mutacõe
conueniat s3 id no vr p
babile cum qualitates ppe
elemetorũ sint effectus for
marum substancialium q
formis substancialibus mane
tibus qualitates pdicte no
pnt mutari n p accio3 viole
tam ad tempus sic in aq ca
lefacta Videmus q qn sue
ppei frigiditate recupat q
p accio3 ignis amisit dum
species aque remaneat Et
q ipe qualitates elementa
res sint d pfecõe Ita elor3
sic ppe passiones eorum nec
e pbabile q in illa finali
consumacõe aliquid pfectionis
nalis e ab elementis tollat
Et ido vr ddo q manebunt

elemēta quantum ad sbām et
qualitates eorum ꝑpetuat. sꝫ pur
gabuntur ab infectione quā ex
pctīs hominū contraxerunt
et ab impuritate que ꝑ actōēz
et ꝑ passionem mutuam in
eis accidit quia iam cessante
motu pmi mobilis in inferiorib;
elementis mutua actō et pa⁰
eē nō poterit et hic augꝰ ap
pellat qualitates elemento
rum corruptibiles .i. īnales
dispositiones eorum sꝫ quas
corruptioni appinquant /
¶ Ad .i. qd dicitur quod ignis ille
dicitur quatuor elementa con
sumere inquantum ea aliquo
purgabit mō qd' autem sequitur
quod duo ex toto consumet
nō ē intelligendum quod duo
elementa sꝫ sbām destruantur
sed quia duo magis remouebuntur
ꝑpetate quam nunc habent
quem quidem duo a quibusdam
eē dicitur ignis et aqua que
maxime excedunt in qua
litatibus actiuis .i. calore et
frigore que sunt maxime
corruptionis principia in
aliis corporibus et quia tunc nō
erit actō ignis et aque qui
sunt maxime actiua maxi
me imbutam videbuntur a
contrarie quam nunc hꝫ. ¶ Alij
vero dicunt hec duo eē aere
et aquam ꝑpter varios motus
istorum duorum elementorum
quos consistunt ex motu
corporum celestium et quia
isti motus nō erunt sicut
fluxus et refluxus maris et
commotiones ventorum et
huiusmod. ideo ista elemēta

maxime mutabunt a ꝑpetate
actiua quam nunc hꝫ. ¶ Ad .2.
dicitur quod sicut dicit augꝰ ꝑpo. de
ci. dei cum dicitur et mare iam
non ē ꝑuare pt intelligi
pūs seculum de quo paruum
supra audiuerat mare dedit
mortuos suos sꝫ tamen mare
ad literam referamus tunc ē
dicitur quod in mare duo intelliguntur
.s. sbā aquarum et earum dispō
quantum ad salsedinem et co
motiones fluctuum et quantum
ad hoc sꝫ mare non remanebit
remanebit aut quantum ad pꝰ
¶ Ad .3. dicitur quod ignis ille non
aget nisi ut instrumentum p
uidentie virtutis diuine et
nō aget in alia elementa ut
quia ad eorum consumptionem sꝫ
solum usque ad purgationem uel
loquitur qd' illud qd' efficitur in
ignis totaliter specie ꝑpria corrū
patur sicut patet in ferro ignito
qd' a loco ignitionis remotum
ꝑ virtute speciei remanentis
ad ꝑpium statum et pristinum
redit et ita .2. erit de eleme
tis ꝑ ignem purgatis ¶ Ad
4 dicitur quod in ptibus elementorum
non dꝫ considerari solum quid
congruat alicui pti sꝫ se ac
cepte sꝫ ē qd' congruit sꝫ
ordinem ad totum dico quod quamuis
ignis aqua esset nobilior si hꝫet
formam ignis similiter et aer
conuenientem tamen esset impositum
sꝫ toto elementorum quia formam
ignis consumet

Ad .6. sic ꝑcedit quod uidetur quod non
omnia elementa ꝑ
ignem purgabuntur quia ignis
ille ut iam dictum ē nō as

ceudi & n quantum ascendit qua
diluuij sed quia aqua diluuij non
peruenit ad speram ignis ergo
erit per ultimam purgacionem ele
mentum ignis purgabitur
¶ Ad 4 ergo dicendum quod glosa super
illud vidi celum nouum &c
Commutacio aeris Et terre dubita
bilis non est quin per ignem fi
at sed de aqua dubitatur quam
purgacionem in se ipsa habeat credi
ergo ad minus non est ergo non
omnia elementa purgentur
¶ Ad 5 Locus qui est proprius inferio
rum purgatur sed in inferno
erit proprius inferno cum ergo
infernus inter elementa collocetur
videtur quod elementa non totaliter
purgentur ¶ Ad 6 paradisus
terrestris in terra continetur
sed ille non purgabitur per ignem quia
eciam nec aque diluuij illuc
ascenderunt ut beda dicit Et
habetur in 2o sentenciarum ergo videtur quod
non omnia elementa totaliter
purgentur ¶ Sed contra est glosa
Sententia quam habetur 2 petri
ult. Et quatuor elementa ignis
ille consumet ¶ Responsio dicendum quod
quidam dicunt quod ille ignis
ascendit usque ad summitatem spa
cij continentis 4or elementa
ut elementa totaliter purgentur
ab infeccione peccati qua 2 superiores
partes elementorum sunt infecte
ut patet per fumum ydolatrie superiora
inficientis Et 2 a corrupcione
quia elementa sed omnes partes
sui corruptibilia sunt sed hec
opinio repugnat auctoritati scrip
ture quia 2 petri 3 dicitur quod illi
celi repositi sunt igni qui fu
erunt per quam aquam purgati
Et augustinus dicit 20 de ciuitate dei quod
ille mundus qui diluuio perijt
igni reseruatur constat autem
quod aqua diluuij non ascendit
usque ad summitatem spacij ele
mentorum sed solum usque ad
xv cubitos super altitudinem
montium Et preterea notum est
quod vapores eleuati vel fumi
quicumque non possunt pertrans
ire totam speram ignis ut
perueniat ad summitatem eius
Et ita infeccio peccati non peruenit
usque ad spacium predictum a
corrupcione 2 elementa non possunt
purgari per subtraccionem alicuius
quod per ignem possit consumi
sed per ignem poterunt consu
mi impuritates elementorum
que ex eorum permixcione
peruenerunt huiusmodi autem
impuritates precipue sunt cir
ca terram usque ad medium aeris
interstitium Unde usque ad id
spacium ignis ultime con
flagracionis elementa purga
bit tamen non 2 aque diluuij
ascenderunt quod probabiliter ex
timari potest ex montium alti
tudine quos determinata men
sura transcenderant ¶ Ad 1
ergo concedimus ¶ Ad 2 dicendum
quod racio dubitacionis in glosa ex
primitur quia scilicet aqua continue
purgacionis in se habere credi
non tamen habet sed communem purgacionis
talis qualis futuro statui
competit ut ex dictis patet
¶ Ad 3 dicendum quod illa purgacio
precipue ad hoc erit ut quicquid
est infeccionis a sordium habita
cione remoueatur Et ideo in ista
purgacione totum quod est fedum
ad locum dampnatorum congregabitur

gabitur Unde infernus non pur
gab(itur) s(ed) ad ip(su)m deducentur totius
mundi purgamenta ¶ Ad 2(m)
d(icen)d(um) q(uod) quamuis per p(eccatu)m p(ri)mi ho(min)is
in terrestri paradiso sit com
missum non tamen locus ille
e locus peccantium sic nec ce
lum empireum utrumque in
loco homo et dyabolus statu
p(ost)q(uam) pec(cato) sunt eiecti Unde
locus ille purgatione no(n) in
diget
Ad 3(m) sic p(ro)c(edi)t(ur) v(idetu)r q(uod)
ignis ultime confla
grationis iudicium debet
sequi Aug(ustinus) xx de ci(vitate) d(ei)
hunc ordinem ponit eorum
q(ue) in iudicio sunt futura dicens
Circa iudicium hec res didicimus
esse uenturas Helyam thesbiten
fidem iudeorum Et antichristum
persecuturum xpm uenturum ad
iudicaturum mortuorum re
surrectionem bonorum malorum
q(ue) diuisionem mundi confla
grationem eiusdem q(ue) renouationem
Ergo conflagratio iudicium seq(ui)t(ur)
¶ P(raeterea) Aug(ustinus) d(icit) in eod(em) li(bro) iudi
cantis impiis et iustis in ig
nem missis figura huius iudi
mundanorum ignium confla
gratione p(er)ibit Ergo id(em) q(uo)d p(ri)us
¶ P(raeterea) dominus ad iudicandum
ueniens aliquos uiuos repi
et ut p(atet) ep(isto)la q(uo)d h(abe)t(ur) j thess(alonicenses)
4 Ubi q(uo)d f(acit) eorum ap(osto)lus
dicit deinde nos qui uiuimus
qui residui sumus in aduentum
domini etc s(ed) h(oc) no(n) ess(et) si co(n)
flagratio mundi p(re)cedet q(uia)
per ignem resoluentur Ergo ig(n)is
ille iudicium seque(re)t(ur) ¶ P(raeterea) deus
d(icitu)r iudicaturus orbem p(er) ignem
Et ideo conflagratio finalis vi(detu)r
esse executio sine ut diuini
d(e) iudicii s(ed) executio seq(ui)t(ur) iudicium
Ergo ille ignis iudicium seq(ui)t(ur)
S(ed) con(tra) e(st) q(uo)d d(icitu)r in ps(almo) ignis
ante ip(su)m p(rae)cedet ¶ P(raeterea) x(pist)o
p(re)cedit iudicium alias no(n) vide
ret omnis oculus xpm iudica
tem s(ed) mundi conflagratio re
surrectionem p(re)cedit s(ci)l(ice)t n(on) qui
resurgent corpa spiritualia et
inpassibilia habebunt et ita
non poterunt purgari per
ignem cum tamen in lit(te)ra dica(tur)
Ergo ubi aug(ustinus) q(uod) p(er) illum igne(m)
purgabi(tur) si quid in aliquibus
sit purgandum Ergo ille ig(ni)s
iudicium p(re)cedet ¶ R(espond)eo d(icendu)m
q(uod) illa conflagratio s(ecundu)m rea(m) vita
tem quantum ad sui inicium
p(re)cedit q(uo)d p(atet) j thess(alonicenses) 4 q(uia)
illi e(nim) qui dormierunt rapie(ntur)
in nubibus in ae(re) aera obuiam
xpo ad iudicium uenienti
simul aut(em) erit recto co(m)munis
et sorum glorificatio s(cilicet) n(on)
resurgentes corpora glorio
sa resument ut p(atet) p(er) illud q(uo)d
d(icitu)r in cor(inthios) xv seminat(ur) in
ignobilitate surget in gl(ori)a
simul s(ed) aut(em) corpora s(an)ctor(um)
glorificabuntur in to(t)a creatura
suo m(od)o renouabi(tur) ut p(atet) p(er) illud
q(uo)d q(uo)d d(icitu)r Ro(manos) 8 q(uia) ipsa crea
tura liberabitur a seruitute
corruptionis in libertatem
glorie filiorum dei cum g(lori)o
conflagratio mundi sit dis
posito ad renouationem p(re)dictam
ut ex dictis p(atet) manifeste p(otes)t
colligi q(uia) illa conflagratio
quo ad purgationem mundi indi

cium precedit sed quo ad aliquem
actum qui scilicet est involvere ma
los iudicium sequetur ¶ Ad .3.
ergo dicendum quod augustinus non loquitur
determinando sed opinando
quod patet ergo hoc quod sequitur
que omnia quidem ventura
esse credendum est sed quibus
modis et quo ordine veniant
magis docebit rerum experiencia
quam nunc ad perfectum hominum
intelligencia valeat conse
qui optimo eo quo ad nunc
commemorata sunt ordine
esse ventura ergo patet quod hoc
dixit opinando Et similiter
dicendum ad .4. ¶ Ad .5. dicendum quod
omnes homines morientur
et resurgent sed tamen illi diu
vivi reperti qui usque ad
tempus conflagracionis vivent
in corpore ¶ Ad .6. dicendum quod
ille ignis non consequetur
suam vim quo ad involucionem
malorum Et quantum ad hoc
sequetur iudicium /

Ad .7. dicendum sicut predictum est
quod ille ignis non habebit
talem effectum in hominibus
qualis designatur Illud con
sinum dicit quod reducitur in nichi
lum sed corpora impiorum
non resolventur in nichilum
sed incendio conservabuntur ut
eciam penas sustineant ergo
ignis non erit malis consumpcio
ut in littera dicit / sed dicatur quod
consumet malorum corpora
inquantum ea resolvet in ci
nerem tamen sicut corpora malo
rum ita et bonorum communiter
resolventur / hec .n. est propter

solius purgacionem ut caro que
non vidit corrupcionem ergo est
bonus tunc tempus erit consumpcio
¶ Ad .8. inferius peccatum magis abun
dat in elementis sed quando que ve
niunt ad composicionem humani
corporis in quo est corrupcio fo
mitis eciam quantum ad bo
nos quam in elementis que corpus
humanum constituunt sed ele
menta extra corpus humanum
existencia purgabuntur propter peccati
infeccionem ergo multo forcius
oportet per ignem purgari elemen
ta in corporibus humanis existencia
sive bonorum sive malorum
Et ita oportet utraque corpora resol
vi ¶ Ad .9. quod diu status vie du
rat eciam similiter agunt in bo
nos et in malos sed adhuc du
rabit status vie in illa con
flagracione sed post statum vie
humus non erit mors naturalis
que tamen per illam conflagracionem
causabitur ergo ille ignis equaliter
aget in bonos et malos
Et ita non videtur quod sit aliqua
discrecio inter eos quantum ad
effectum illius ignis suscipiendum
sicut in littera ponitur ¶ Ad .10. illa
conflagracio que in momento
perficietur sed multi invenientur
viri in quibus erunt purgabi
lia ergo illa conflagracio non
sufficiet ad eorum purgacionem
¶ Respondeo dicendum quod ille ignis fina
lis conflagracionis qua
ad hoc iudicium precedit aget
ut instrumentum divine
iusticie Et iterum per virtutem
naturalem ignis similiter aget in
malos Et bonos quantum

ꝯpientur ceterorumque corpora in
cinerem ꝯsoluendo in quantum
vero aget ut instrumentum di-
ne iustitie huiusmodi aget
in diuisos quantum ad penam
sensus mali .n. per actionem
ignis cruciabuntur boni vero
nichil vel purgandum inuenien-
tes omnino nullum dolorem senti-
ent ex igne sicut nec pu-
eri senserunt in camino ignis
Dan. 3. quamuis eorum corpora
non seruantur integra sicut
puerorum seruata fuerunt
quod diuina virtute fieri po-
terit ut sine doloris crucia-
tu ꝯsolutionem corporum pa-
tiantur. boni vero in quibus aliquid
purgandum reperitur sentient
cruciatum doloris ex illo
igne plus vel minus pro
meritorum diuersitate. sed quia
ad actum quem post iudicium
ille ignis habebit contra dampnatos
tantum aget quia corpora bonorum omnes
habebunt impassibilia. ¶ Ad
primum ergo dicendum quod consumptio
accipitur non pro ad nichila-
tione sed pro resolutione in cineres
¶ Ad 2 dicendum quod bonorum corpo-
ra quamuis in cineres resoluentur
per ignem non tamen ex hoc
dolorem sentient sicut nec pu-
eri fornacis existentes et quantum
ad hoc est dissimile de bonis
et malis ¶ Ad 3 dicendum quod ele-
menta in corporibus humanis
existentia purgabuntur per
ignem et in corporibus elementorum
sed hoc per diuinam conditionem fiet
sine cruciatu doloris ¶ Ad
4 dicendum quod ignis ille non aget
tantum per naturalem elementorum

virtutem sed etiam ut diuine iu-
stitie instrumentum ¶ Ad v
dicendum quod tres sunt cause quare
subito illi qui viui reperientur
purgari poterunt. Una est
quia in eis pauca purganda
inuenientur cum terroribus et
persecutionibus precedentibus fuerint
purgati. Alia causa est quia et viui
voluntarie penam sustinebunt
pena autem in hac vita volun-
tarie suscepta multo plus pur-
gat quam pena post mortem in-
flicta sicut patet in martiribus quod
si purgandum quid in eis in-
uenitur passionis falce tollitur
ut Augustinus dicit cum tamen pena
martirii sit breuis in com-
paratione ad penam que in pur-
gatorio sustinetur. Tertia est
quia calor ille recuperabit in inten-
sione quantum amittit in
temporis breuitate

Ad vi. sic proceditur. videtur quod
ille ignis non inuoluet
reprobos quia sicut dicitur Malach. 3. pur-
gabit filios Leui dicit glo.
Duos ignes legimus futuros
unum quo purgabit electos
et precedet iudicium alterum quo
reprobos cruciabit. sed hic est ignis
inferni qui malos inuoluet
primus autem est ignis finalis
conflagrationis ergo ille ignis
conflagrationis non erit ille quo
malos inuoluet ¶ Preterea ignis
ille deo obsequitur in purgatione
mundi ergo remunerari debet sicut alia
elementa remunerabuntur et precipue
cum ignis sit nobilissimum ele-
mentorum ergo non videtur quod

in infernum descendat deici ad penam
damnatorum ¶ Preterea ignis qui ma
los involvet erit ignis infer
ni sed ignis ille ab initio mundi
tiplicationem ad perditam perfectionem
pervenit in numero et quantitate

Alia opinio que ponit quod ex
eo quod generatum ex nutrimento in
digetur ad perfectionem quantitatis
individui et ad multiplicationem
que fit per generationem necesse habet
ponere aliquid de hoc quod conver-
sum est alimentum resurgere
non tamen totum sed solum quod
indigetur ad perfectam reinte
grationem humane nature in
omnibus suis individuis Unde
ponit hec opinio quod totum
illud quod fuit in semine
resurget in illo homine qui
ex illo semine generatus est quia
hoc est proprie de veritate humane
nature in ipso de eo autem quod
postea advenit per nutrimentum tantum
resurget in eo quantum est
necessarium ad perfectionem quantitatis
sed quia hec humidum nutrimenta
le fluit et refluit hoc ordine
reparabitur et de eo quod 2o et 3o
et deinceps advenit quantum
necessarium est ~~de veritate~~ ad quantitatem
reintegrandam quod patet duplici
ratione / Primo quia id quod supra hoc
advenit inductum fuit propter
id quod primo erat deperditum
reparare et ita non ita principaliter
pertinet ad veritatem humane nature
sicut precedens / Secundo quia adiunctio
humidi extranei ad primum
humidum radicale facit quod
totum permixtum non ita
perfecte participet proprietatem spe
ciei sicut prius participabat et ponit exemplum
philosophus in primo de generatione de aqua
permixta vino quod semper virtute
vini debilitat ita quod in fine
totum aquosum reddit / Tertia

sic secunda autem communis assumitur in spe-
ciem non tamen ita perfecte spe-
ciem participat sicut prima que
in unum assumebatur ita illud
quod de alimento secundo in carnem
convertitur non ita perfecte attingit
ad speciem carnis sicut quod primo
convertebatur. Et ideo non ita pertinet
ad veritatem humane nature
nec ad veritatem. Sic ergo patet quod opi-
nio ponit resurgere totum id
quod est de veritate humane nature
principaliter non autem totum quod est de
veritate humane nature secundario

¶ Tertia autem opinio quantum
ad aliquid dicit a secunda et quantum
ad aliquid convenit cum ea
dicit quidem quantum ad hoc
quod ponit totum quod est sub forma
carnis et ossis eadem ratione ad
veritatem humane nature perti-
nere quia non distinguit aliud materia-
le signatum permanens in
homine toto tempore vite eius
quod primo per se pertinet ad veritatem
humane nature et aliquid flu-
ens et refluens quod pertinet ad veri-
tatem humane nature solum propter
quantitatis perfectionem non propter primum
esse speciei sicut secunda opinio dicebat
sed ponit omnes partes que
sunt preter intentionem nature
generantis pertinere ad veritatem
humane nature quantum ad id
quod habent de specie quia sic manet
non autem quantum ad hoc quod
habent de materia que fluunt sic et
refluunt indifferenter ut ita
intelligamus contingere in
partibus unius hominis sicut contin-
git in tota multitudine civi-
tatis quia singuli subtrahuntur a
multitudine per mortem a-
liis in loco eorum succedentibus

Unde partes multitudinis fluunt
et refluunt et refluunt materialiter
sed formaliter manent quia ad
eadem officia et ordines substituuntur
alii a quibus priores subtrahe-
bantur. Unde respublica una
numero remanere dicitur et similiter quo-
dam quibusdam partibus refluentibus
alie reparantur in eadem figura
et in eodem situ omnes partes flu-
unt et refluunt secundum materiam
sed manet secundum speciem manet
nichilominus homo unus numero
sed convenit tertia cum secunda opi-
nione quia ponit quod partes secundo advenientes
non ita perfecte attingunt ad
veritatem speciei sicut que primo
advenerunt. Et ideo idem quod potest
resurgere in homine. Tertia opi-
nio ponit ita sed non penitus
eadem ratione ponit enim totum
id quod ex semine generatum
est resurgere non quia alia ratione
pertineat ad veritatem humane
nature quam hoc quod postea advenit sed quia
perfectius veritatem speciei par-
ticipat quem ordinem pone-
bat secunda opinio in hiis que
postea adveniunt ex alimento in
quo etiam hec opinio concordat cum
alia ¶ Ad primum ergo dicendum quod res naturalis
non est id quod est ex sua materia sed
ex sua forma. Unde quamvis id
materie que fuit sub forma car-
nis bovine resurgat in homine
sub forma carnis humane non
sequitur quod resurgat caro bovis
sed caro hominis. Alias non posset
concludi quod resurget limus
de quo formatum est corpus Ade
tamen prima opinio concedit
hanc rationem ¶ Ad secundum dicendum quod
costa illa non fuit madiz de

pfectione individui sed ordinata
ad multiplicacionem speciei Unde
non resurget in adam sed in
euam Sic et semen non resurget
in quantitate sed ingenito ¶ Ad 3m
dicendum secundum primam opinionem faciale
est ad hoc respondere quod carnes co
meste nunquam sunt de veritate
humane nature in comedente
fuerunt autem de veritate huma
ne nature in eo cuius carnes co
meduntur Et ita resurgent in
primo et secundo ¶ Et secundum secundam op
inionem et 3am conuersimiliter
in illo resurget in quo magis
accessit ad perfectam participacionem
virtutis ipsius speciei Et si
equaliter in vtroque accesserit
resurget in illo in quo prius
habuit ordinem ad vtrumque per con
iunctione ad animam racionalem
illius hominis Et ideo si in
carnibus comestis fuit aliqua su
perfluitas que non pertinet ad
veritatem humane nature
in primo resurgere poterit in
2o. alias illud quod non pertine
bat ad vtrumque in primo resur
geret in eo Et non in 2o sed
in loco eius suppleretur vel aliud
de eo quod ex aliis cibis in carne
secundi conuersum est vel si
nullo cibo nunquam pastus fuisset
nisi carnibus humanis diuina
virtute aliunde suppleretur
quantum indigeret ad perfectam
quantitatem sicut etiam supplet in illis
qui ante perfectam etatem decede
re propter aliquid preiudicatur
redemptitati in vno sic nec
preiudicatur propter hoc quod post sed materias
sumunt et resumunt ¶ Ad 4
dicendum quod secundum primam opinionem
faciale est soluere quia ponit quod se
men non est ex superfluo alimen
ti Unde carnes comeste non
transeunt in semen ex quo
puer generatur sed secundum alias
duas opiniones dicendum est quod non
est possibile quod totum quod fuit
in carnibus comestis in semine
conuertatur quia post multam
depuracionem cibi peruenitur ad
decoctionem seminis quod est
superfluitas cibi illud ergo autem quod
de carnibus comestis in semine
conuertitur proprie magis ad
veritatem humane nature in eo
quod de semine nascitur quam
in illo ex cuius carnibus semen
est generatum Et ideo secundum regulam
prius datam hoc quod in semine
conuersum est resurget in eo
qui de semine nascitur residuum
materie resurget in illo ex cuius
carnibus comestis semen est genera
tum ¶ Ad 5 dicendum quod embria
non pertinet ad vtrumque ante
animacionem per animam racionalem
in quo statu tamen multum
aduenit super substanciam se
minis de substancia nutrimenti
qua puer in vtero matris
nutritur Et ideo si aliquis
embrijs vescatur et ex su
perfluo illius cibi generetur aliquis
illud quod erit de substancia
seminis resurget quidem in
eo qui de semine generatur
nisi in eo contineretur aliquid
quod fuisset de substancia semi
nis in illis ex quorum car
nibus comestis semen genera
tum est quia resurget in primo
et non in secundo residuum autem
carnium comestarum quod non

e conuiſum in ſemen conſtat
qd̄ reſurgens in primo corpus diui
na poten̄ ſupplente qd̄ deeſt ſ3ᵃ
aut opinio hac obiectione no
arctatur cum non ponat ſemē
ee ex ſuperfluo alimēti ſ3 alie
multe rationes ſunt cont ea
ut in 2º Liº patuit. dist. xxx.

Ad .v. ſic pcedr̄ vr̄ qd̄ quicquid
fuit materialiter in membris
hominis totum reſur
get cum n .ii. videntur p
tinere ad verita capilli quam alia
membra ſ3 quicquid fuit in
capillis saltem in aliis p
tibus corporis ut aug dicit in
Lra ergo multo fortius quicqd
in aliis membris materialiter
fuit totum reſurget / ℣ P
ſicut partes racionis ſecundum ſpeciem
perficiuntur ab anima rationali
ita partes ſecundum materiam ſ3 corpus
humanum ſub ordinem ad veritatem
eo quod ſit anima rationali
perfectum ergo non ſolum p̄s
ſecundum ſpeciem ſ3 omnes partes ſ3
materiam reſurgant ℣ P ex parte
illa accidit homini totalitas
ex qua parte accidit ei diui
ſio in partes ſ3 diuiſio in
partes accidit corpori ſecundum materiam
cuius diſpoſicio eſt quantitas
ſecundum quam diuiditur ergo et tota
litas corporis attenditur ſecundum partes
materie que non reſurgent ergo
totum corpus non reſurget quod
e inconueniens ℣ G3 con p̄s
ſecundum materiam non manent in
corpore ſ3 fluunt et refluunt
ut p illud qd̄ dr̄ in primo de
generacione ſi ergo omnes pars
ſecundum materiam que non manet
in corpore ſ3 fluunt et refluunt

reſurgent vel erit corpus re
ſurgentis denſiſſimum uel erit
immoderate quantitatis ℣ P
quicquid e de veritate humane
nature in uno homine totum pt
ee pars materie in alio homine
qui eius carnibus veſcitur ſi ergo
omnes partes ſecundum materiam reſur
gant in aliquo ſequetur quod non
ſurget in uno id qd̄ eſt de
veritate humane nature in aliquo qd̄
e inconueniens ℣ R̄po. dd.
qd̄ illud qd̄ e in homine mater
pt3 quidem ad ueritatem humane
nature quam ſecundum hoc ſub ordinem
ad dcam rationalem Illud autem
totum qd̄ e in homine mater
pt3 quidem ad veritatem ad hu
mane nature quantum ad id qd̄
ſub de ſpecie ſ3 non totum con
ſiderata materie totalitate quam
tota materia que fuit in homine
a principio / vite uſque ad finem ex
cederet quantitatem debitam ſpecie
ut 3ᵃ opinio dt quam probabilior
michi ceteris videtur et ideo totum
qd̄ e in homine reſurget conſi
derata totalitate ſpeciei que
attenditur ſecundum quantitatem figuram
ſitum et ordinem partium non
autem reſurget totum conſiderata
totalitate materie 2ᵃ autem opinio
et prima non vtuntur hac diſtinc
tione ſ3 diſtingunt inter partes
quarum vtraque ſub ſpecie et materia
conueniunt autem hee due opinio
nes in hoc quod vtraque dt quod id
qd̄ e ex ſemine quantum totum
reſurget et totalitate materie conſi
derata differunt autem in hoc quod
de eo qd̄ de alimento generatur uel
reſurgere pot et non totum ut ex
dictis pt3 ℣ Ad .1. ergo dd. quod ſicut

quicquid est in aliis partibus corporis re-
surget considerata totalitate
materie ita ut est de capillis in
aliis autem partibus advenit aliquid
ex nutrimento quod facit aug-
mentum et non computatur ut
alia pars considerata totalitate
speciei quod optinet alium locum
et situm in corpore et substat
aliis partibus dimensionis aliquid
autem advenit quod non facit
augmentum sed cedit in restau-
racionem deperditi interveniendo et non
computatur ut alia pars totius
considerati secundum speciem cum non
optineat alium locum vel situm
in corpore quam pars que fuit
deperdita tenebat quamvis possit
alia pars computari considerata
totalitate materie et similiter est
de capillis ¶ Augustinus autem loquitur
de incisionibus capillorum que
erant partes facientes augmentum
et ideo oportet quod resurgant non tamen
in quantitate capillorum ne
sit quantitas inmoderata sed in
aliis partibus ut nunc indicabit
divina providencia vel loquitur in ca-
su illo quando aliis partibus deficiet
tunc .n. eorum defectus poterit
ex superfluitatibus capillorum re-
parari ¶ Ad 2. dicendum quod secundum 3as
opiniones eedem sunt partes secundum
speciem et secundum materiam Non .n.
illa distinctione utitur philosophus
in primo de generatione, ad distin-
guendum diversas partes sed ad
ostendendum quod eedem partes possunt
considerari secundum speciem quantum
ad illud quod est forme et speciei
in ipsis et secundum materiam in ipsis
et secundum materiam quantum ad illud quod
subest forme et speciei constat

autem quod materia carnis non habet or-
dinem ad racionalem animam
nisi in quantum est sub tali forma
et ideo racione eius habet ordinem
ad racionem. sed prima et 2a opinio
que ponunt alias esse partes que
sunt secundum speciem et alias sed
que sunt secundum materiam dicunt
quod anima continuis partes perficiat
secundum primas mediantibus partibus .s.
quasi sequentes et ideo non habet eque
ordinem ad animam ¶ Ad 3.
dicendum quod in materia generabilium et cor-
ruptibilium dimensiones in-
terminatas oportet intelligere ante receptionem
forme substantialis et ideo
dimensiones que sunt secundum huiusmodi di-
mensiones proprie pertinent ad materiam
sed quantitas completa et ter-
minata advenit materie per
formam substantialem et ideo
dimensio que est prout sit secundum di-
mensiones terminatas receptas
speciem principue que in ad racionem.
speciem pertinet determinate sitis pri-
mum sicut est in corpore humano

Deinde considerandum est Q 81
de qualitate resurgencium
et quod queritur quod
primo utrum resurgant omnes
in etate iuvenili 2o utrum
in equali statura 3o utrum
omnes in eodem sexu 4o utrum
in vita animali

Ad .1. sic proceditur videtur quod omnes
resurgent eadem etate sed
iuvenili quia deus resurgentibus
principue beatis nichil subtrahet
quod ad perfectionem hominis pertinet sed
etas pertinet ad perfectionem hominis
cum senectus sit venerabilis

etas ergo senes non resurgent in
etate iuvenili / ¶ .1. Etas co
putatur secundum mensuram
temporis preteriti. sed impossibile est
tempus quod fuit preteritum non
preterisse ergo impossibile est eos
qui maioris etatis fuerunt
ad etatem iuvenilem reduci
¶ .2. Illud quod magis fuit
de veritate humane nature in
unoquoque maxime resurget in
ipso. sed quanto aliquid prius
fuit in homine tanto videtur
magis ad veritatem humane
nature pertinuisse quia in fine propter
veritatem speciei debilitatam
sunt aquosa corpora humanorum
dicitur per philosophum in primo de
generatione ergo si omnes debet
in etate resurgere magis debent
ut resurgant in etate pue
rili quam iuvenili ¶ .3. Contra
est quod dicit apostolus .4. Donec occurra
mus omnes in virum perfectum secundum
in mensuram etatis / plenitu
dinis christi. sed christus resurrexit
in etate iuvenili que circa xxx
annos incipit ut augustinus dicit
ergo et alii in etate iuvenili
resurgunt ¶ Preterea homo in
maxima etate perfectione nature
resurget. sed natura humana
perfectissimum statum habet in
etate iuvenili ergo in illa
etate resurgent omnes / ¶ Respondeo
dicendum quod homo resurget absque
omni defectu humane nature
quia sicut deus humanam naturam
absque defectu instituit ita sine
defectu reparabit. deficit autem humana
natura dupliciter / Uno modo quia

nondum perfectionem ultimam est
consecuta / Alio modo quia iam
ab ultima perfectione recessit et
primo modo deficit in pueris
secundo modo deficit in senibus et ideo
in utrisque reducetur huma
na natura per resurrectionem ad statum ultime
perfectionis que est in iuvenili
etate ad quem terminatur
motus crementi et a quo incipit
motus decrementi ¶ Ad .1. ergo
dicendum quod etas senectutis habet venera
tionem non propter conditionem corporis
quod in defectu est. sed propter sapien
tiam anime que esse presumitur
ex temporis antiquitate unde
in electis manebit reverentia
senectutis propter plenitudinem
divine sapientie que in eis erit
sed non manebit senectutis de
fectus ¶ Ad .2. dicendum quod non
loquimur de etate quantum
ad numerum annorum sed quantum
ad statum quem in corpore huma
no ex annis relinquitur /
Unde adam dicitur in etate iuve
nili formatus propter talem corporis
conditionem quam primo die sue
creationis habuit et ideo ratio non
est ad propositum ¶ Ad .3. dicendum
quod virtus speciei dicitur esse perfectior
in puero quam in iuvene quantum
ad efficaciam agendi conversionem
alimenti aliquo modo sicut etiam
est perfectior in semine quam in homine
completo. sed in iuvenibus est
perfectior quantum ad terminum
complementi / Unde illud quod
maxime ad veritatem nature
pertinent ad illam perfectionem de
ducitur quam habet in etate iuvenili

non ad illam quam hz in etate
puili cum q humores ad huc
non pervenerunt ad ultimam
digestionem etc.

Ad 2 sic proceditur videtur quod omnes
resurgent eiusdem statue
sicut vnus homo mensura
quantitate dimensiua ita
quantitate duracionis sed in omnibus
reducetur quantitas duracionis
reducetur ad eandem mensuram
quia omnes in eadem etate resurget
ergo quantitas dimensionis
in omnibus reducetur ad eandem
mensuram ut in eadem statura
omnes resurgent ¶ Preterea philosophus
in 2o de anima dicit quod omnium natura
constancium terminus est et
racio magnitudinis et augmenti
sed iste terminus non est nisi
ex virtute forme cum dicit con
gerie quantitas sicut et omnia
accidentia ergo cum omnes ho
mines eandem formam spe
cificam habeant in omnibus debet
esse eadem quantitatis mensura
nisi sit error nature sed error
nature corrigetur in resurrectione ergo
omnes resurgent in eadem sta
tura ¶ Preterea quantitas resur
gentis non potest esse proporcio
nata virtuti naturali quia
primo corpus formavit alias
qui non poterunt ad maiorem
quantitatem perduci virtute
nature nunquam in maiori eta
te resurgent quod falsum est
ergo oportet quod quantitas ista proporcio
netur virtuti reparanti corpus hu
manum per resurrectionem nature quod
reparatur sed virtus reparans

omnia corpora est eadem nunc
scilicet divina virtus cum ergo
omnes ex quibus reparantur
humana corpora sicut habet equaliter
ad suscipiendam actionem predi
cte virtutis ergo ad eandem
quantitatem terminabitur resurrectio
omnium hominum sicut idem quod prius
¶ Dicendum quod quantitas natura
lis consequitur naturam cum
tamen sit in resurrectione individui
sed in resurrectione non variabitur natura
individui ergo nec quantitas natura
lis omnium hominum ergo non
omnes resurgent in eadem sta
tura ¶ Preterea natura humana repa
rabitur per resurrectionem ad gloriam vel
ad penam sed non erit eadem
quantitas glorie vel pene in
omnibus resurgentibus ergo nec
eadem quantitas nature ¶ Respon
deo quod in resurrectione non reparabitur humana
natura solum quantum ad
idem specie sed quantum ad idem
in numero et ideo in resurrectione non
solum attendendum est quod com
petat nature speciei sed quod com
petit nature individui natura
autem speciei habet aliquam quantitatem
quam nec excedit nec ab ea
deficit absque errore que tamen
quantitas habet aliquos gradus
latitudinis et non est accipien
da secundum unam mensuram
determinatam unumquodque autem
individuum in specie humana
sequitur intra terminos illius
latitudinis aliquem gradum
quantitatis qui competit nature
individui et ad hanc perducitur
in termino augmenti si non

fuit aliquis error in opere nature per consequens sit aliquid additum sive vel subtractum predicte quantitatis quidem quantitatis mensura accipitur. Sed proporcionaliter caloris extendentis et humidi extensibilis quod non est eiusdem virtutis in omnibus et ideo non omnes resurgent in eadem quantitate in qua fuissent in termino augmenti si natura non errasset vel defecisset quod autem superest vel deficit in homine reparabit vel supplebit divina potestas. ¶ Ad primum ergo dicendum quod iam patet quod dicitur quod non dicit omnes in eadem etate resurgere quasi in omnibus competat eadem quantitas duracionis sed quia idem status perfectionis erit in omnibus quidem status salvatoris [illegible] in magis et in pura quantitate

¶ Ad secundum dicendum quod quantitas huius individui non solum respondet forme speciei sed etiam nature individui et ideo ratio non sequitur

¶ Ad tertium dicendum quod quantitas resurgentis non proporcionatur virtuti reparanti quia illa non est de natura corporis neque omnibus sed illum statum in quo sunt ante resurrectionem. Sed nature quam primo individuum habebat tamen si virtus formativa propter aliquem defectum non poterat producere ad debitam quantitatem que competit speciei divina virtus supplebit in resurrectione defectum sicut patet in gyganis et eadem ratio est in illis qui inmoderate magnitudinis fuerunt ultra debitum nature

Ad tertium sic proceditur videtur quod omnes resurgent in sexu virili. Quia dicit apostolus Eph. 4 quod occurremus omnes in virum perfectum in quo non erit nisi sexus virilis. ¶ Preterea in futuro omnis prelacio cessabit ut dicit glossa 1 Cor. 15. Sed mulier ordine naturali subdita est viro ergo mulieres non resurgent in sexu muliebri. ¶ Preterea id quod est occasionaliter et preter intencionem nature inductum non resurget quia in resurrectione omnis error tolletur. Sed sexus mulieris est preter intencionem nature inductus ex defectu virtutis formative in semine que non potest producere mas conceptum ad formam virilem. Unde dicit philosophus [illegible] de animalibus quod femina est mas orbatus ergo sexus muliebris non resurget. ¶ Sed contra est quod dicit Augustinus 22 de civitate dei melius sapere videntur qui utrumque sexum resurrecturum esse non dubitant. ¶ Preterea deus reparabit in resurrectione quod in homine fecit in prima condicione. Sed ipse fecit mulierem de costa viri ut patet Gen. 2 ergo ipse sexum femineum in resurrectione reparabit. ¶ Respondeo dicendum quod sicut considerata natura individui debetur diversa quantitas diversis hominibus ita considerata natura individui debetur diversus sexus diversis hominibus et hec etiam diversitas competit perfectioni speciei cuius diversi gradus implentur per diversitatem sexus ac quantitatis et ideo sicut resurgent homines in diversis staturis ita in diversis

spiritibus et quamvis sit dicta sepcium
deerit tamen confusio sinistre
visionis quia aberit libido in
citans ad turpes actus quibus
confusio generatur. ¶ Ad .1. ergo
dicendum quod cum dicitur omnes occurremus
Christo in virum perfectum non dicitur
propter etatem virilem sed propter vir
tutem anime que erit in omnibus
et viris et mulieribus ¶ Ad
2 dicendum quod mulier postponitur viro propter
imbecillitatem nature et quantum
ad vigorem animi et quantum
ad robur corporis sed post resurrectionem non
erit debilitas in hiis. Sed diversitas
sexuum. sed magis sed diversitate
meritorum et ideo ratio non pre
dit ¶ Ad .3. dicendum quod quamvis fe
mina generata sit preter intencionem
nature particularis est tamen
de intencione nature celestis que
ad perfectionem humane speciei
quia sexuum requiritur nec etiam sexum
erit ibi aliquis defectus

Ad .4. dicendum sit prout dicitur quod
in vita animali resurget
ut scilicet exstant actu vitutes
virtutes et generative quia
resurrectio vera erit conformiter resurrectioni
Christi. sed Christus dicitur post resurrectionem comedisse
ut 7 luce ultimo ergo et homines
post resurrectionem comedent et eadem ratione
generabunt ¶ Praeterea distinctio sexu
um ad generationem ordinatur et
similiter instrumenta que deserviunt
virtuti nutritive ordinantur ad
comestionem sed homo cum omnibus
huiusmodi resurget ergo vtetur
actibus virtutis generative et nu
tritive ¶ Praeterea totus homo beati
ficabitur et secundum animam et secundum
corpus. sed beatitudo secundum philosophum in
perfecta operatione consistit ergo oportet

quod omnes potencie anime et omnia
membra sint in suis actibus in
beatis post resurrectionem et idem quod prius.
¶ Praeterea in beatis post resurrectionem erit per
fecta et beata iocunditas. sed talis
iocunditas omnes delectaciones
includit quia beatitudo est status
omnium bonorum aggregatione perfectus
et perfectum est cui nichil deest
cum ergo in actu virtutis genera
tive et nutritive sit magna
delectacio videtur quod tales actus ad
vitam animalem pertinentes
in beatis erunt et multo for
tius in aliis qui minime spiritua
lia corpora habebunt ¶ Sed contra
est quod dicitur mathei 22 in resurrectione
neque nubent neque nubentur
¶ Praeterea generatio ordinatur ad
subveniendum defectui qui per
mortem accidit ad multiplicationem
eciam humani generis et comes
tio ad restauracionem deperditi et
augmentum quantitatis. sed in
statu resurrectionis genus humanum
habebit totam multitudinem
individuorum adeo prefinitam
quia usque ad hoc generatio differetur
similiter et quilibet homo re
surget in debita quantitate
nec erit ultra mors aut aliqua
deperdicio fiet a parte hominum
ergo frustra essent actus generative
et nutritive virtutis ¶ Responsio
dicendum quod resurrectio non erit necessaria
propter primam perfectionem hominis que
consistit in integritate eorum que
ad naturam spectant quia ad hoc ho
perveniret per prius in statu presen
tis vite per actiones causarum na
turalium. sed necessitas resurrectionis est
ad consequendam ultimam perfectionem
que consistit in pervencione

adultimum finem et ideo ille opa
tiones naturales que ordinantur
ad primam perfectionem humane
nature vel creandam vel conser
vandam non erunt in resurrectione
et huiusmodi sunt actiones animalis
vite in homine et actiones
mutue elementis et motus
celi et ideo hec cessabunt in
resurrectione / Et quia comedere bibere dor
mire et generare ad animalem
vitam pertinet cum sunt ad
primam perfectionem nature or
dinata in resurrectione talia non erunt
¶ Ad 1 ergo dicendum quod illa comes
tio qua christus comedit non fuit
necessitatis quasi indiget humana
natura post resurrectionem sed fuit potestatis
ut ostenderet se veram naturam
resumpsisse quam prius habebat
in statu illo quo cum discipulis
comederat et biberat / hoc autem
omnino non erit in resurrectione
communi quia omnibus notum erit
Et ideo dicitur dispensative christus
manducasse eo modo loquendi
quo iuriste dicunt dispensa
tio est communis iuris relaxatio
quia christus mortuus est quod est contra
resurgentium sed non cum alibi
pro celebri causam et ~~per con~~
perditam et per hoc ratio non
sequitur ¶ Ad 2 dicendum quod diversitas
sexuum et membrorum va
rietas erit ad nature humane
perfectionem reintegrandam in specie
et individuo / Unde non sequitur
quod sint frustra quamvis animales
operationes desint ¶ Ad 3 dicendum
quod predicte operationes non sunt
hominis in quantum est homo
ut 2 philosophus dicit Et ideo in
eis non consistit beatitudo hu
mana corporis sed corporis
humanum confortabit ex redun
dantia a ratione a qua homo est
homo inquantum erat ei sub
ditum ¶ Ad 4 dicendum quod delecta
tiones corporales sicut dicit philosophus
in vii et x ethicorum sunt me
dicinales quia adhibentur homini
ad tollendum fastidium vel
eorum contraria inquantum eis
homo inordinate delectatur
sicut homo habens intemperatum
gustum delectatur in glutibus que
sanis non sunt delectabilia Et
ideo non oportet quod tales delectationes
sint de perfectione beatitudinis ut
iudei et sarraceni ponunt et
quidam heretici posuerunt qui
vocantur chiliaste qui etiam
secundum doctrinam philosophi non videntur
sanum habere intellectum / sole enim
delectationes spirituales secundum ipsum
sunt simpliciter delectationes Et propter
se querende sunt Et ideo ipse
sole ad beatitudinem requiruntur

Deinde considerandum
est de conditionibus beatorum
resurgentium Et primo
de corpore corporum impassibilitate
2o de subtilitate / 3o de agi
litate / 4o de claritate / Circa
primum queruntur 4or Primo
utrum sancti resurgentes resurgant
quo ad corpora impassibilia / 2o
utrum equalis impassibilitas
omnibus erit / 3o utrum illa
impassibilitas sit in actu
a corporibus gloriosis excludant / 4o
utrum sint in eis omnes sensus
in actu

Ad 1 ergo sic proceditur videtur quod
corpora sanctorum post resurrectionem non
sint passibilia. Omne
enim mortale est passibile sed homo

post resurrectionem erit animal rationale
mortale / hec enim est diffinitio ho
minis que numquam ab eo separabi
tur ergo corpus erit passibile ¶ Preterea
omne quod est in potentia ad formam
alterius pati est ab illo quia secundum hoc
aliquid est passivum ab alio
ut dicitur in primo de generatione. Sed
corpora sanctorum post resurrectionem erunt
in potentia ad formam alterius ergo
erunt passibilia / probatio minoris
elementa que communicant in materia
eandem rationem habent in potentia ad
formam alterius. Maior enim sed
quod est sub una forma non ad
mittit potentiam ad aliam
formam. Sed corpora sanctorum post
resurrectionem communicabunt cum elementis
in materia quia eadem materia reparabitur
quod quod nunc sunt ergo erunt
in potentia ad aliam formam et sic
erunt passibilia ¶ Preterea contraria
nata sunt agere et pati adin
vicem sicut dicitur in primo de
generatione a philosopho. Sed corpora
sanctorum erunt ex contrariis com
posita sicut et nunc sunt ergo et cetera
¶ Preterea in corpore humano
resurget sanguis et alii hu
mores ut dictum est sed ex
pugna humorum ad invicem
generantur egritudines et huiusmodi
passiones in corpore ergo erunt
corpora sanctorum post resurrectionem pas
sibilia ¶ Preterea magis repugnat
perfectioni defectus in actu quam de
fectus in potentia. Sed impassibilitas
importat solum defectum in
potentia cum ergo in corporibus beatorum
sint futuri aliqui defectus in
actu sicut cicatrices vulnerum
in membris sicut in Christo fuerunt
videtur quod nichil deperiet perfectioni

eorum si ponantur habere corpora
passibilia ¶ Sed contra omne passibile
est corruptibile quia passio magis
facta abicit a substantia. Sed
corpora sanctorum post resurrectionem erunt
incorruptibilia ut dicitur. I Cor.
XV. seminatum in corruptione
resurget in incorruptione ergo
erunt impassibilia ¶ Preterea
fortius non patitur a debiliori
sed nullum corpus erit fortius
corporibus sanctorum de quibus
dicitur I Cor. XV. seminatur in
infirmitate resurget in virtute
ergo erunt impassibilia ¶ Respondeo
dicendum quod passio dupliciter dicitur. Uno
communiter sic omnis receptio
passio dicitur sive illud quod reci
pitur sit conveniens recipienti
et perfectivum ipsius sive contrarium
et corruptivum. Ab huiusmodi passione
remotione corpora gloriosa im
passibilia non dicuntur cum nichil
aliud quod est perfectionis eis sit
auferendum / Alio modo passio
dicitur proprie quam sic diffinit Dama
scenus in II libro. Passio est motus
preter naturam / Unde inmo
deratus motus cordis passio eius
dicitur. Sed moderatus dicitur eius opera
tionis ratio est quia omne quod patitur
trahitur ad terminos agentis
quia agens assimilat sibi pa
tiens et ideo patiens in quan
tum huiusmodi trahitur extra terminos
proprios in quibus erat sic ergo proprie
accipiendo passionem non erit
in corporibus resurgentium
sanctorum potentia ad passionem et ideo
impassibilia dicuntur / huius autem
impassibilitatis ratio a diversis diver
simode assignatur quidam

n. eam attribuunt condicioni
elementorum que aliter tunc
se habebunt in corpore quam
nunc dicunt. n. quod elementa
remanebunt in suis proprietatibus
sed qualitates active et passive
ab elementis auferentur. Sed hoc non
videtur verum quia qualitates
active et passive sunt de per
fectione elementorum. Unde
si sine eis reparentur elementa
in corpore resurgentis essent
minoris perfectionis quam nunc
sunt. Et preterea cum qualitates
ille sint propria accidentia ele
mentorum ex forma et materia
eorum causata. ¶ Videretur valde
absurdum quod causa maneat
et effectus tollatur. Et ideo alii
dicunt quod manebunt quidem
sed non habebunt proprias actiones
divina virtute id faciente
ad conservationem humani cor
poris. Sed hoc etiam non videtur
posse stare quia ad mixtionem
requiritur actio et passio ac
tivarum et passivarum qualitatum et secundum predominium
unius vel alterius mixta
efficiuntur diverse complexionis
quam oportet ponere in corpore
resurgentis quia erunt ibi
carnes et ossa et huiusmodi
partes quibus omnibus non
competit una complexio. ¶ Et
preterea secundum hoc impassibilitas
non posset poni dos in eis
quia non ponet aliquam dis
positionem in ipsa impassibili. Sed solum
prohibitionem passionis ab ex
teriori per divinam virtutem
que etiam posset dici fieri de corpore
hominis in corpore etiam aliquo
exhibens passionem corporum
gloriosorum per materiam quinti corporis
quam ponunt venire in com
positionem humani corporis ad con
ciliandum elementa in armo
niam quandam per quam possunt
esse debita materia anime rationalis
Sed tamen in statu huius vite
propter dominium elementaris nature
corpus humanum patitur ad
similitudinem aliorum elementorum
sed in resurrectione dabitur natura quinti
corporis. Et ideo corpus humanum
reddetur impassibile ad similitudinem
corporis celestis. Sed hoc non potest
stare quia corpus quintum non ve
nit materialiter ad compositionem corporis
humani ut in 2º libro ostensum est
et preterea impossibile est dicere quod aliqua
virtus naturalis qualis est virtus
corporis celestis transferat corpus
humanum ad proprietatem glorie
qualis est impassibilitas corporis
gloriosi tamen immutationem
corporis humani apostolus attribuit
virtuti Christi quia qualis celestis
tales et celestes. I Cor. XV. Et
Phil. 3 reformabit corpus hu
militatis nostre ¶ Et ideo non potest
natura celestis ita dominari
in corpore humano quod natura
elementaris remaneat cum ex eius
suis principiis passibilitas insit.
Et ideo aliter dicendum est quod omnis
passio fit per victoriam agentis
super patiens alio non traheret ipsum
ad terminos suos. Impossibile autem
est quod aliquid dominetur supra
patiens nisi inquantum de
bilitatur dominium forme
proprie super materiam patientis. Loquendo
de passione que est contra naturam. De qua
nunc loquimur. non n.

contis

mā subiciunt cuiꝰ contrarium
sunt hec quod tollatur dominium
alterius sup ipam uel saltem di-
minuatur corpus autem humanum
et quicquid in eo est erit pfecte subiec-
tum anime rationali sic iam
pfecte subiecta erit deo Et ideo
in corpore glorioso non poterit
esse aliqua mutatio contra dispositionem
illam qua pficitur ab anima et
ita corpora illa erunt impassibilia

¶ Ad 4 ergo dicendum quod sicut augustinus
mortale ponitur in diffinitione
hominis a philosophis qui non cre-
diderunt hominem totum aliquando
posse esse immortalem quia non
viderunt homines nisi secundum hunc
mortalitatis statum uel potest
dici quod secundum philosophum in 8 methaphysice
quia differentie essentiales sunt nobis in-
cognite utimur quandoque differentiis
accidentalibus ad significandum differentias
essentiales que sunt accidentalium
cause Unde mortale in diffini-
tione hominis non ponitur
quasi ipsa mortalitas ad essen-
tiam hominis pertineat sed quia
id quod nunc est causa passibilita-
tis et mortalitatis secundum presentem
statum scilicet compositio ex contrariis
est de esse hominis Sed tunc non
erit causa eius propter victoriam
anime sup corpus ¶ Ad 2 dicendum
quod 2m est potentia ligata et libera
et hoc non solum est verum de
potentia activa sed et passiva forma
non ligat potentiam materie deter-
minando ipsam ad unum sed
per quod dominatur forma super illam
et quia in corporibus corruptibilibus non pfecte
dominatur forma sup materiam non
pfecte potest ligare ipsam quoniam

recipiat interdum pro aliquem pa-
ssionem dispositionem contrariam forme sed
in sanctis post resurrectionem omnino
anima dominabitur corpori et ideo nec
etiam divinum aliquo modo pote-
rint auferri quia ipsa erit im-
mutabiliter deo subiecta quod non
fuit in statu in nomine et ideo
in corporibus illis manet eadem
potentia ad formam aliam que
inest quantum ad substantiam
potentie sed erit ligata pro victoriam
anime sup corpus ut nunquam
in actum passionis exire pos-
sit ¶ Ad 3 dicendum quod qualita-
tes elementares sunt instrumenta
anime ut in 2o de anima quod
calor ignis in corpore humano
regulatur in actu nutriendi
pro virtutem anime cuius ac-
agens principale est pfectum
et non est aliquis defectus in in-
strumento nulla actio predit
ab instrumento nisi secundum dispositionem
principalis agentis Et ideo
in corporibus sanctorum post resurrectionem
nulla actio vel passio poterit pro-
venire a qualitatibus elemen-
taribus que sit contra dispositionem
anime que intendit conserva-
re corpus ¶ Ad 4 dicendum quod sicut
augustinus in epistola ad constanti-
num quod divina potentia in ista
visibili atque contractabili natura
corporum quibusdam manentibus
aufferre quas voluit quali-
tates Unde sic ab igne fornacis
caldeorum abstulit virtutem
comburendi quantum ad aliquid
quia corpa puerorum illesa serva-
ta sunt sed mansit optimum ad
aliquid quia ignis illa ligna

conbiuebat ita al auferet ab
humoribus passibilitatem et di
mitteret naturam. Modus autem quo
hoc fiet dictum est. ¶ Ad v. dicendum
quod cicatrices vulnerum non erunt
in sanctis ut in xpo fuerunt
inquantum important aliquid
defectum sed inquantum sunt
signa constantissime virtutis
qua passi sunt pro iusticia et fide
ut ex hoc et ipsis et aliis gaudi
um crescat. Unde dicit Augustinus
xxij de civitate dei nescio quo
modo afficimur amore marti
rum ut in illo regno in eorum corporibus
videamus vulnerum cicatrices que
pro Christi nomine pertulerunt et
fortasse videbimus non
in deformitas in eis sed dignitas
quedam est quamvis in corpore
sed non corporis sed virtutis
pulcritudo fulgebit nec tamen
si aliquibus martiribus amputata et
ablata sunt membra sine
ipsis membris erunt in resurrectione
mortuorum quibus dictum est
capillus de capite vestro non
peribit

Ad .2. sic proceditur videtur quod
impassibilitas in omnibus
erit equalis quia .j.
cor. xv. dicit glosa quod equaliter
omnes habebunt quod pati non possunt
sed ex hoc erit eis quod pati non
possunt quia habent dotem impassibilitatis
ergo impassibilitas est equalis in
omnibus. ¶ Preterea negaciones non
recipiunt magis et minus
sed impassibilitas est quedam
negacio vel privacio passibilitatis ergo
non potest esse maior in uno
quam in alio. ¶ Preterea magis album

dicitur quod est nigro impermixtius sed
nulli corporum sanctorum admi
scetur aliquid de passibilitate ergo
omnia erunt equaliter impassibilia.
¶ Sed contra merito debetur premium
proporcionatum sed sanctorum quidam
fuerunt aliis maiores merito
ergo cum impassibilitas sit quoddam
premium oportet quod in quibusdam sit
maior quam in aliis. ¶ Preterea impas
sibilitas dividitur contra dotem cla
ritatis sed illa non erit equalis
in omnibus ut dicitur .j. cor. xv. ergo
nec impassibilitas potest conside
rari dupliciter vel secundum se vel
secundum causam suam si secundum se consi
deretur quia solam negacionem
importat non suscipit magis
et minus sed erit equalis in
omnibus beatis. Si autem conside
retur secundum suam causam sic erit in
uno maior quam in alio causa
autem eius est dominium anime
super corpus quod quidem domi
nium causatur ex hoc quod fruitur
deo immobiliter. Unde in
illo qui perfectius fruitur est
maior impassibilitatis causa. ¶ Ad
primum ergo dicendum quod glosa loquitur de
impassibilitate secundum se et non secundum
suam causam. ¶ Ad .2. dicendum
quod quamvis negaciones et privaciones
secundum se non intendantur nec re
mittantur tamen intenduntur
et remittuntur ex causis suis
sicut dicitur esse locus magis te
nebrosus qui habet plura et
maiora obstacula lucis. ¶ Ad
.3. dicendum quod aliqua non solum
intenduntur per recessum a contrario
sed eciam per accessum ad terminum
sicut lux intenditur. Et preterea impassibilitas est maior in uno

qui in alio quiuis in nullo aliq
passibilitatis remaneat
Ad 3m sic procedit videtur quod
impassibilitas sensum actu
a corporibus gloriosis ex
cludit / quia sicut dicit philosophus
in 2o de anima sentire est
quoddam pati opa aut gloriosa
erunt impassibilia ergo non sen
tient in actu ¶ praeterea luminum
naturalis precedit immutacionem
animalem sicut esse naturale
precedit immutacionem animalem
sicut esse naturale precedit esse inte
tionale sed corpora gloriosa ratione
impassibilitatis non immutabuntur
immutacione naturali ergo nec
immutacione animali que re
quiritur ad sentiendum ¶ praeterea quandocumque
fit sensus in actu cum nova re
ceptione fit novum iudicium sed
tunc non erit novum iudicium quia
non erunt tunc cogitaciones volubiles
ergo non fiet sensus in actu ¶ praeterea
quando anima est in actu unius
potencie remittitur actus alterius
potencie sed anima summe erit
intenta ad actum virtutis intellec
tive qua deum contemplabitur
ergo non erit aliquo modo in
actu virtutis sensitive ¶ Sed contra
est quod dicitur apocalipsis .1. videbit eum
omnis oculus ergo tunc erit sensus
in actu ¶ praeterea secundum philosophum in primo
de anima animatum ab ina
to distinguitur sensu et motu
sed ubi erit in actu motus qua
tamquam scintille in arundineto
discurrent Sapientie .3. ergo et sensus
in actu ¶ Responsio dicendum quod aliquem
sensum esse in corporibus beatorum omnes
ponunt alias corporalis vita
sanctorum post resurrectionem assimilaretur
magis somno quam vigilie quod
non competit illi perfectioni eo
quod in somno corpus sensibile non
est in ultimo actu vite propter
quod sompnus dicitur vite dimidium
in primo ethicorum / sed in modo sentiendi
diversi diversa opinantur / quidam
enim dicunt quod corpora gloriosa
sunt impassibilia et propter hoc non
receptiva peregrine impressionis
et multominus quam corpora ce
lestia quod non erit tunc sensus in
actu per receptionem aliquarum speciei
a sensibilibus sed magis extra mittendo
sed hoc non potest esse quia in resurrec
tione natura speciei manebit eadem
in homine et omnibus partibus eius
huius autem est natura sensus ut sit
potencia passiva ut in 2o de anima
probat philosophus Unde si in resurrec
tione sancti sentient extramittendo et
non recipiendo non esset sensus in
eis virtus passiva sed activa
et non esset eiusdem speciei cum
sensu qui nunc est sed esset aliquid
virtus eis data sicut in materia
numquam fit forma ita potencia
passiva numquam fit activa ~~eis~~
~~data sicut in materia~~ Et ideo alii
dicunt quod sensus in actu fiet per
susceptionem non quidem ab exterio
ribus sensibilibus sed per effluxionem
a superioribus viribus ut sicut nunc
viribus superiores vires accipiunt
ab inferioribus ita econtrario
tunc inferiores accipient a
superioribus sed iste modus receptionis
non facit vere sentire quia omnis
potencia passiva secundum sue speciei
racionem determinatur ad aliquod

actum speciale quod potest inquantum
huius l3 ordinem ad aliud re
spectu cuius dicitur Unde cum
primum actum infra exterior. sit
res existens extra animam et non
intentio eius existens in
ymaginatione vel ratione sed
organum sentiendi non move
atur a rebus extra sed ex ymagina
cione vel a superioribus viribus
alijs non erit vere sentire
Unde non dicimus quod frenetici
ci et alij mente capti virtus
per victoriam ymaginative
virtutis sit huiusmodi deflux9
specierum ad organa sentiendi
vere sentiant. sed quod videntur eis
quod sentiant / Dicendum est ergo cum
alijs quod sensus corporibus glorio
sorum erit per susceptionem a rebus
que sunt extra animam. Sed scilicet
quod organa sentiendi immutantur
a rebus que sunt extra animam
dupliciter Uno immutatione naturali
quando scilicet organum disponitur eadem
qualitate naturali qua dispo-
nitur res extra animam que agit in
ipsam sicut cum manus fit
calida contactu rei calide vel
odorifera contactu rei odorifere
Alio modo immutatione spiritu
ali quando recipitur qualitas
sensibilis in instrumento secundum esse
spirituale vel species sive intentio
qualitatis et non ipsa qualitas
sicut pupilla recipit speciem albe-
dinis et tamen ipsa non efficitur
alba prima ergo receptio non cau
sat sensum per se loquendo quod sensus
est susceptivus specierum in ma
teria preter esse naturale quod
habent extra animam ut dicitur
in 2o de anima et hec receptio immu
tat naturam recipientis quod recipitur
hic non qualitas secundum esse suum
naturale Unde ista receptio non erit
in corporibus gloriosis. Sed secunda
que per se facit sensum in actu et non
immutat naturam recipientis. Ad
1 ergo dicendum quod iam patet quod dicitur
quod huiusmodi passione que est in actu
sentiendi que non est aliud quam
receptio predicta non trahit corpus
extra naturalem suam qualitatem
sed spiritualiter perficitur Unde im
passibilitas gloriosorum corporum
hanc passionem non concludit
Ad 2 dicendum omne passum re
cipit actionem agentis. secundum suum
modum si ergo aliquid sit
quod sit natum sit immutari
ab activo naturali et spirituali
immutatione immutatio naturalis
precedit immutationem spiritualem
sicut esse naturale precedit esse intentio
nale si autem natum sit immu
tari spiritualiter tantum non oportet quod in
mutetur naturaliter sicut de
aere qui non est receptivus
coloris secundum esse naturale sed
solum secundum esse spirituale et ideo
hoc solum modo immutatur spiritua
liter et eodem modo corpora inanima
ta immutantur per qualitates
sensibiles solum naturaliter
in corporibus autem gloriosis non
potest esse aliqua immutatio
naturalis et ideo ibi erit spiri
tualis immutatio tantum. Ad
3 dicendum quod sicut erit nova receptio
speciei in organo sentiendi ita erit
novum iudicium sensus quod non erit
novum iudicium intellectus de

hc ſit in eo qui videt aliquid qd
primo ſtrinit q aut aug9 dic
non erunt i cogitacoībꝫ volu
biles intelligitur de cogitacoībꝫ
intellectiue partis Unde no
e ad ppoſitum ¶ Ad x dicit
q ſtm unum duorum e vo aliq
occupacio anime vel animi e cō
mum no impedit vel remittit
occupacoēm eius ·z· aliud ſic
procedens dum videt remanem
non min9 pt conſiderare artis
regulas de coloribus ordinarum
ſz mag9 ſt q deus apprehendi a
ſanctis ut racio omnium que
ab eis agentur vel cognoſcentur
idō occupacio eorum ·z· ſenſibilia
ſencienda vel quecumqꝫ alia
contemplanda Vel agenda
in nullo impedient divinaz
contemplacoēm nec econūſo
Ad ·dd· q idō una poteñ impe
di in actu ſuo qn alia vehe
menter comparatur q una
poteñ de ſe non ſufficit ad tam
diuerſam operacoēm ū ei ſubue
niatur p id quod erat aliq
potencijs vel membris ſuie
dum a pⁱᵒ vite Sed q in ſtis
erunt omnes poteñ pfectiſſime
una poterit intenſe opari
ita q ex hc nullum impe
dimentum preſtabit accioni
altius poteñ ſit ut in corpo fit
Ad x ſic pcer [illegible] q no
ſint ibi omnes ſſꝫ
in actu tactus ·n· eſt
primus int omnes alios ſſꝫ
ut dr in 2º de Anima ſz tota
gloſa tacebunt actu ſſꝫ tactus
q tactus ſit in actu p im

mutacoēm corporis animalis ab
aliquo exteriori corpore pre
dominante in aliqua quali
tatum actiuarum vel paſſiua
rum quarum e tactus diſcre
tiuus qualis ·ſtr· immutaco
eſſe no no poterit ergo non
erit i omnibus ſſꝫ actu ¶ P
ſſꝫ guſtus deſinit actu [illegible]
nutritiue ſz p9 reſs huius
actus non erit ergo ſenſtea (?) ſſꝫ
i guſtus ¶ P p9 reſs nichil
impedit corrumpere q to
creatura veſtietur quadam
virtute incorrupcoīs ſz ſſꝫ
odoratus in actu ſuo eſſe no
pt ū aliq corrupcoīe facta
q odor non ſentitur ſine
aliq finali evaporacoīe
que in quadam reſolucoīe con
ſiſtit ergo ſſꝫ odoratus non
erit i in ſuo actu ¶ P audi
tus deſinit diſciplīne ut dr
in 2º de ſſu· A ſz non erit
p9 reſs bus nova aliq diſci
plina p ſſibilia q divina
ſapiencia replebuntur Et
ipius viſione ergo no erit
i auditus ¶ P viſio fit ſz
q in pupilla recipitur ſpes
rei in ſe ſz hoc non poterit
eſſe p9 reſs in bus Ergo
no erit i corpus in actu
tamen e omni ſſum nobilior
pbacio medie Illud ergo
e lucidum in actu no
e receptiuum ſpei viſibilis
Unde ſperimus directe po
ſitum ſub radio ſolis repu
tat ſplerem (?) corporis

oppositi. sed pupilla sic et to-
corpus erit claritate dotata
ergo non recipientur in aliqua
specie corporis colorati ¶ Praeterea
secundum perspectivos omne quod
videtur sub angulo videtur. Unde
possibile esse ita parvus angulus
quod nichil deberet videri. sed ergo
oculus gloriosus videbit
sub angulo. oportet quod videat aliquid
a remotiori quam modo videmus
quod videtur valde absurdum et c.
videtur ergo quod sensus actu
non erit in corporibus gloriosis
¶ Sed contra potentia coniuncta ac-
tui est perfectior quam non con-
iuncta. sed natura humana
erit in beatis in maxima
perfectione ergo erunt ibi omnes
sensus in suo actu ¶ Praeterea vicinius
se habet ad animam potentie sensitive
quam corpus. sed corpus premia-
bitur vel punietur propter merita vel
demerita anime ergo et omnes
sensus premiabuntur in beatis
et punientur in malis secundum
delectationem et dolorem vel tristiciam
que in operatione sensus consistit
¶ Respondeo dicendum quod circa hoc est triplex
opinio quidam enim dicunt
quod in corporibus gloriosis erunt
omnes potentie sensitive non tamen
erunt in actu nisi duo sensus
scilicet tactus et visus nec hoc erit
ex defectu sensuum sed ex de-
fectu medii et obiecti nec
tamen erunt frustra quia
erunt ad integritatem
humane nature et ad commen-
dandam sapientiam creatoris
sed hoc non videtur verum

quia hoc quod est medium in istis sensibus
est et in aliis medium in vi-
su enim est medium aer qui
etiam est medium in auditu et
odoratu sicut patet in 2o de anima
similiter etiam gustus habet medium
coniunctum sicut et tactus
cum gustus sit tactus quidam
ut in eodem libro dicitur odor etiam erit
ibi qui est obiectum odoratus
tamen ecclesia cantat quod odor
suavissimus erunt corpora
sanctorum Laus etiam vocalis erit
in patria Unde dicit Augustinus
super illud per exultationes dei
in gutture eorum quod corda
et lingue non deficient lau-
dare deum et idem est hic per
glossam super illud Osee sic decantur
et cimbalis etc. Et ideo secundum
alios dicendum quod odoratus et auditus
erunt in actu sed gustus non
erit ita quod immutetur ab
aliquo cibo vel potu sumpto
ut patet ex dictis Nisi forte dicatur
quod erit in gustu in actu per
immutationem lingue ab aliqua
humiditate adiuncta ¶ Ad
primum ergo dicendum quod qualitates quas
tactus percipit sunt ille ex
quibus constituuntur animalia
corpus. Unde per qualitates tan-
gibiles corpus animalis secundum
statum presentis vite natum
est immutari in mutatione
naturali et spirituali ab obiecto tactus
et ideo tactus dicitur maxime mate-
rialis inter alios sensus quia plus
de naturali immutatione adiunctam
habet tamen immutatio naturalis

se habet ad actum sentiendi quod per-
ficitur spirituali immutatione
non per actus. Et ideo in corporibus
gloriosis a quibus impassibilitas
excludit materialem immutationem
erit immutatio a qualitatibus
tangibilibus spiritualis tantum sicut et
in corpore Ade fuit quod nec
ignis nec gladius scindere
potuisset et tamen horum sensum
habuisset. ¶ Ad 2m dicendum quod gustus sensus
quod est sensus alimenti non erit
in actu sed tamen erit sensus quod est
iudicium saporum hoc esse
poterit forte predicto modo.
¶ Ad 3m dicendum quod quidam po-
suerunt quod odor nichil aliud
est quam quedam fumalis eva-
poratio sed hec positio non potest
esse vera quod patet quia hoc quod odor
in vulturibus immutat
odore percepto ex cadavere
evolant remotissimus nec
sensus potest quod evaporatio aliqua
pertingeret a cadavere ad tam
remota loca etiamsi totum esset
solutum in vaporem et propter
tum sensibilia in equali distan-
cia ad quamlibet partem immu-
tent. Unde odor immutat
medium quoque et instrumentum sen-
tiendi spirituali immutatione
sine aliqua evaporatione
pertingente ad organum sed quod
aliqua evaporatio requiritur
hoc est quod odor in corporibus est humi-
ditate aspersus. Unde oportet
resolucionem fieri ad hoc quod per-
cipiatur sed in corporibus gloriosis
erit odor in sua ultima per-
fectione nullomodo per humiditatem
aspersus. Unde immutabit
